Secũdo q̃rit põt vtꝝ infidelitas q̃ pctm̃ reputat̃ sit maximũ pctõꝝ: p̃sertim cũ illõ q̃ diminuit vl̃ excusat peccatũ nõ videtur maximũ peccatoꝝ: ꝯ infidelitas diminuit vl̃ excusat peccatũ: q̃ dicẽ apl̃us: Fui blas/phemus ⁊ pseculor: ⁊ ꝓtumeliosus: ꝯ mise/ricordiã ꝓsecutus sum: q̃ ignorãs feci in incredulitate. Ad q̃ rñdet doct. sctũs ibi dem: q̃ omne peccatũ formalit̃ ꝓsistit in a/uersione a deo: ⁊ ideo tanto aliq̃ peccatũ graui⁹ est q̃nto p ipm homo magis a deo separat̃. p infidelitatẽ aũt maxime elonga tur homo ab eo: q̃ nec veraꝝ dei cognitio/nẽ habet: p falsã autẽ cognitionẽ ipius nõ appropingt̃ ei ꝯ magis ab eo elongat̃: nec eẽ põt q̃ ꝯtũ ad aliq̃ deũ cognoscit q̃ fal/sam opinõẽ de ipo habꝝ: q̃ id q̃ ipe opi nat̃ nõ ẽ deꝰ: ⁊ ideo mãifestũ ẽ q̃ pctm̃ in/fidelitat̃ ẽ maiꝰ oib̃ pctis q̃ ꝓtingũt ex p/uersitate moꝝ. Ũñ licet peccatũ ifidelitat̃ ex pte ignorãtie habet a materia rationem excusatõis: ⁊ maxĩe qñ q̃s ex malicia non peccat: sicut fuit in apostolo paulo ex hoc tamen quando habet reuisum ad ea q̃ sunt fidei habet rõnẽ pctĩ grauissimi: q̃ tñ pec catũ aggrauat̃ ꝯ ꝯriaꝝ ⁊ gradũ ifidelitat̃ nã fm opatiões ifidelitat̃ ad fidẽ sũt tres species infidelitat̃: quia cuꝝ infidelitatis peccatũ cõsistit in renitendo fidei hoc põt ꝓtingere tripliciter: vel em̃ renititur fidei christiane nõ dum suscepte: ⁊ talis est infi/delitas paganoꝝ gentiliũ ⁊ similiũ: ⁊ ẽ in/fimus gradus in malicia: aut renitit̃ chri/stiane fidei suscepte in figura dũtaxat ⁊ ta lis est infidelitas iudeoꝝ: ⁊ est medi⁹ gra/dus vel renitit̃ fidei christiane tam susce/pte in ipa manifestatiõe veritatis ⁊ talis ẽ infidelitas hereticoꝝ que est pessima inter omia: nam sicut grauius peccat qui nõ im plet q̃ ꝓmisit̃ ꝯ ꝯ si nõ implet q̃ nunq̃ ꝓ/misit: sic grauius pctm̃ ẽ infidelitas here/ticoꝝ qui ꝓfitent̃ fidem euãgelij ⁊ eidem renitunt̃ ipam cõrũpentes ꝯ iudei qui fi dem euãgelicam nunq̃ susceperũt: ꝯ q̃ su sceperũt eiꝰ figurã in lege veteri quã male interꝑtantes corũpũt: ideo ipoꝝ infideli tas est grauius peccatũ ꝯ infidelitas gen tiliũ qui nullo mõ fidem euangelij suscepe runt. Deinde queri põt. Utrũ infideles ⁊ eoꝝ ritus sunt tolerãdi: p̃sertim q̃ vt di ctum est tales grauissime peccãt tam ĩ infi delitate q̃ in ritu eos. s. seruando: ꝯ pecca/to ꝓsentire videt̃ qui nõ ꝓhibet cũ tñ ꝓhi bere põt: vt habet̃ in glo. ad Ro. j. sup il/lud: Nõ solum qui faciũt sed qui ꝓsentiũt facientib̃. Hinc vt narrat Aug. xviij. d̃ ci. dei. christiani ꝑncipes templa idoloꝝ pri/mo claudi ⁊ postea dirui fecerũt ne. s. d̃ ce/tero idolatriã exercerent infideles. Ad ꝯ rñdet doctor sanctꝰ scõa 2ᵉ. q. x. ⁊. xj. spar/sim q̃ humanũ regimẽ deriuat̃ a diuĩo re/gimine ⁊ illud imitari debet: deus aũt q̃ uis sit omipotẽs ⁊ summe bonꝰ pmittit ali qua mala fieri in vniuerso q̃ tamẽ ꝓhibere posset ne eis sublatis maiora bona tollerẽ tur vl̃ etiã peiora mala sequerent̃: sic etiã in regimine humano illi qui p̃sunt ratiõe aliqua mala tolerant ne aliqua bona ĩpe/diant̃: vel etiam ne aliqua peiora mala in currant̃. sicut Aug. dicẽ in. ij. de ordine: au fer meretrices de rebus humanis ⁊ turba bis omia libidinibus: vnde ritus gentili um ⁊ infideliũ qui nihil virtutis vel vtili/tatis afferũt: licet nõ sint aliqualit̃ tolerã/di: tñ ad vitandũ scandalũ vl̃ dificiũ q̃ ex hoc ꝓuenire posset vel etiã ꝓpter amo/uendũ salutis impedimentũ coꝝ qui pau/latim sic tolerati ꝓuertunt̃ ad fidem tole/rari pũt: ꝓpter hoc em̃ tã hereticoꝝ q̃ pa/ganoꝝ ritus aliq̃ tolerauit ecclia quãdo erat magna infideliũ multitudo: similr̃ iu dei ⁊ eoꝝ ritus sunt tolerãdi qui ex ꝯ q̃ ri/tus suos obseruant in quib̃ olim p̃figura batur veritas fidei quã tenemus ꝯ bonuꝝ ꝓuenit q̃ testimoniũ fidei nr̃e habem̃ ab hostibus ⁊ q̃si in figura nobis repũtat̃ q̃ credimus. Verũtñ si querit̃: vtrũ hec he/retici sunt tolerandi: rñdet ibidẽ q̃ in eis duo sunt cõsiderãda. Unũ ex pte ipoꝝ sc3 peccatũ p q̃ meruerunt nõ solum ab eccle sia p excõicatiõem separi: sed etiam a mun do p mortẽ excludi: q̃ grauius est coꝝum perẽ fidem p quã est anime vita q̃ falsare pecuniam p quã vite corporalt̃ subuenit̃. Si ergo falsarij pecunie vel alij malefacto res statim p seculares ꝑncipes iusti mo/ti tradunt̃: multomagꝭ heretici statim qñ d̃ hereſi ꝓuincunt̃ ꝑt nõ solũ excõicari: ꝯ etiam iuste occidi. Secũm aũt est ex pte ec/clie. s. misericordia ad errantiũ ꝓuersio/nem: ⁊ ideo nõ statim damnat sed post pri mã ⁊ scõam correptiõem: iuxꝫ illud apl̃i ad Titũ. iij. dicẽs: hereticũ hoiem post p̃mã ⁊ scõam correptionẽ deuita q̃ subuersus ẽ qui hmõi est. Unde si post scõam correpti/onem adhuc ꝑtinax inuenit̃ tunc: ecclia d̃ eius ꝓuersiõe nõ sperans alioꝝ saluti pui/det illum ab ecclesia p excõicatiõis snĩam separãdo ⁊ vlterius eum iudicio seculari ad exterminandũ a mũdo p mortem relin/quẽdo. Dicit em̃ Hiero. ⁊ habet̃. xxiiij. q. iij. abscindende sunt putride carnes ⁊ sca biosa ouis a caulis repellenda ne tota do/mus massa corpus ⁊ pecora ardeat corũ/pat̃ putrescescat intereat. Arrius in alex andria vna scintilla fuit sed qñ nõ statim oppressa est totã vrbem eiꝰ flãma popula/lata ẽ. Hinc est q̃ primo reuertẽtes ab he/reſi ecclia nõ solũ recipit ad penitentiã sed etiã cõseruat eos in vita ⁊ etiã ex spãli grã in bonis tpalibus ⁊ ecclĩasticis dignitati/bus aliq̃ ĩtem restituit p bono pacis si ꝯ ꝓuersi videant̃: si tñ recepti relabunt̃ hoc videt̃ esse signũ incõstãtie eoꝝ circa fidẽ: et ideo vlterius recipiunt̃ quidẽ semp ad penitentiã nõ tñ liberant̃ a snĩa mortꝭ nec ꝓseruant̃ in bonis tpalib̃. Denicq̃ licet fides christiana fuerit vnica et sola porta eterne salutꝭ: nõ tñ omi fides erit deo gra ta vel nobis salutifera: q̃ q̃rundã peiꝰ sor deficit ĩ fide puersitas q̃ alioꝝ infidelitas. Pro quo sciendũ: q̃ duplex ẽ fides. Una dicitur mortua vel informis: que sc3 non ẽ formata diuina charitate: dicit̃ enim mor tua quia omnipotẽs est ad eliciendũ actꝰ meritorios vel etiam actus arduos: q̃ si

aliquãdo elicit opera ardua vl' etiã opera alia de genere bonoꝝ nõ tñ sũt meritoria: cuius ratio est: qꝛ licet facit aliqd̃ bonũ nõ tñ hoc facit ꝓpter deũ: vel si facit ꝓpter deum nõ tñ deus est principal' causa mouens ad illud bonũ pficiendũ: sed aut aliqd̃ in cõmodũ euitandũ vl' cõmodũ cõsequẽduz in tpe vl' eternitate ad qd̃ tẽdit natura vel fides informis: Añ. j. Coꝛ. xiij. Si habuero omnẽ fidẽ. glo. id est pfectaz fidẽ: ita vt mõtes trãsferã: id est trãsferri a deo impetrẽ sicut Alex. qui fide potuit mõtes caspios cõũgere ⁊ iudeos intus includere: vt refert Josephus. Sequtur. Charitatẽ autẽ nõ habuero nihil mihi ꝓdest: scz ad vitam eternã. Alia vero fides dicit̃ viua p similitudinem: qꝛ sicut illa dicunt̃ viuere q̃ ex se motũ ⁊ operationẽ habẽt: sic illa fides viua dicit̃ q̃ p dilectionẽ opat̃ ⁊ tẽdit in deũ faciẽs nõ solũ illud qd̃ deus vult ꝑ vt deꝰ vult: scz ꝓscientia pura ⁊ intentiõe recta. Ad laudẽ dei.

De sex primis articulis fidei et quinq̃ penis inferni ꝟm poetas:

Sermo X

On habebis deos

n alienos Exo. xx. discussis vtcunq̃ de diuersitate credentiũ ⁊ editiõe triũ symboloꝝ effectuq̃ fidei grã breuitatis ad articulos fidei ꝓut ꝟm ordinez in symbolo apl'oꝝ ꝓtinẽt̃ succiucte deuciddãdos ſtilum ꝓuertam⁹ q̃ ponunt̃. xij. ꝟm numeꝝ. xij. apl'oꝝ ad q̃s oẽs alij reducuntur. Quoꝝ primũ ponit Petr⁹. Credo in deũ. p. o. cre. ce. ⁊ terre. vbi breui verbo multa ꝓcludit. Dicendo nãq̃ credo. i. fide tẽdo charitate formata in deuz: in q̃ ofidit vnitatẽ essentie. Et ideo ad maiorẽ instructionẽ simpliciũ adiũgit vnuz in alio symbolo: qꝛ licz trinitas sit in pſonis: est tamẽ vnitas in essentia: sicut anima vna est in essentia tres habẽs potẽtias: de q̃ trinitate ⁊ vnitate dicit Aug⁹. vj. de tri. in sũma trinitate tñ est vna q̃ tũ tres sim'l sunt: ⁊ nec plus aliqd̃ sunt due q̃ vna res ⁊ in se infinita sunt: ita ⁊ singula sunt in singulis: et omnia in singulis: ⁊ singula in omnib⁹: et omnia in omnib⁹: ⁊ vnũ omnia. Si queris argumen. Bersũ. in ꝟmone de trinitate. Respõder. inq̃rere de sũma trinitate puersa curiositas est: credere ⁊ tenere sicut ecclia sancta tenet fides ⁊ securitas ẽ: videre autẽ eã sicuti est pfecta ⁊ summa felicitas est. Dicẽ tñ Aug. de verbis dñi: videm⁹ solem in celo currentẽ: fulgentẽ: calentẽ: similit̃ ignis tria habz: ꝑ est motũ: lucẽ ⁊ feruorẽ: diuide ergo si potes o arriane solẽ vl' ignẽ ⁊ tũc demũ diuide trinitatẽ: dicẽ ergo vnũ deũ ꝟm Jo an. ne dñtia ꝓrietatẽ: ꝓrietas pugnã: pugna vero corruptiõez ꝓduceret. Dicẽ inq̃ vnũ ad ꝓfusionẽ infidelitũ: q̃ deos infinitos colẽdos assũpserũt. Dij nãq̃ q̃s pagani deos asserũt homĩes olim fuisse, p, bãt: ⁊ ꝓ vniuscuiusq̃ vita post mortẽ a suis coli ceperũt: pꝟtim greci plurimos deos ac deas finxerũt. Dicũt enim Jouẽ deũ celi q̃ ꝓcipue colebat̃ apd̃ crethã. Venerem deã cupidinis q̃ colebat̃ apd̃ paphos. Apollinẽ deũ diuinatiõis q̃ colebat̃ apd̃ delos. Vulcanũ deũ ignis q̃ colebat̃ apd̃ lemnos. Mineruã deã sapiẽtie q̃ colebat̃ apd̃ athenas: ⁊ sic de infinitis alijs: in quorũz laudẽ vt dicẽ Papias poete carmĩa cõponẽtes eos in celos sustulerũt: nã quarũdã inuẽtiões artiũ ⁊ cultũ peperisse dicũt̃: vt esculapi⁹ medicinã: fucerũt etiã viri fortes aut vrbiũ cõditores: q̃bus mortuis homines q̃ eos dilexerũt simulachra ꝓfinxerũt vt haberẽt aliqd̃ ex imaginũ ꝓtẽplatiõe solatiũ: sed paulatim hmõi honor suadẽtib⁹ demonijs ita in posteros irrepsit: vt q̃s illi ꝓ sola memoria nomĩs honorauerũt successores deos estimarẽt ⁊ colerẽt. hec Papias. Quidã ẽt vt chaldei elemẽta ⁊ pſertim ignẽ ac figuras celi solis lune omnẽq̃ militiã celi adorabant. Sunt insup alij vt egyptij q̃ bruta aĩalia ⁊ arbores ac similia coluerũt: vnũ tñ deũ principalẽ habuerũt Apin. ſ. habentẽ ſilitudinẽ bouis: signũq̃ lune semiplene: Unde Plinius scribit se deũ illũ vidisse: ⁊ ex hac cultura venit origo idolatrie in filios isr'l q̃ vitulum adorauerũt: qui ope diabolico formabat̃ a liq̃facto metallo. Judei q̃dẽ vnũ deũ colũt: ꝑ nõ ꝟm sciẽtiã eo q̃ filiũ eius xp̃m negant: Christiani vo q̃ sup oẽs gentes veritatem suenerũt dulci modulatiõe inbilãt: credo in vnũ deũ. ⁊ sic confitent̃ vnitatẽ diuine essentie: Deinde addũt Pꝟem omnipotẽtem. Uide nunc q̃ dulcissua cõnexio vocabuloꝝ in consolationẽ fidelitũ: nã in patre demõstrat inexp̃ssibilẽ dignationẽ: in omnipotẽtia p̃celsã dignitatẽ: nam tã infinite dignitatis ⁊ maiestatis est q̃ in illi⁹ cõparatione cuncta creata quasi vestigiũ pedis ⁊ pene nihil reputant̃: qui nihilomin⁹ talis ac tantus ĩmensa sua pietate tam dignanter inclinauit se nr̃e vilitati q̃ nõ solũ a nobis vocari pat̃ expostulat: vt fidentiam plenioꝛẽ nobis tribuat ⁊ amoꝛẽ vberiorem ingerat: sed etiã frater noster effectus eodẽ cinctorio vilissimo vestiri nõ erubuit vt ipe primogenit⁹ effectus adoptiũ⁹ nos filios dei institueret: ⁊ paternã pietatẽ fidentius inuocãdã eẽ doceret: de q̃ admirãs bonauẽ. in expositione pat̃ noster. ait: O ĩmensa clementia lutũ vilissimũ dei filiũ se nominat ⁊ rex regũ se patrẽ meum dicit. Sequit̃: Creatorẽ celi ⁊ terre. qd̃ additũ est cõtra beresim illã que dixit visibilia esse a principe tenebraꝝ: inuisibilia vero a deo: ⁊ ideo ad maiorẽ declarationẽ dicitur in alio symbolo. Uisibiliũ ⁊ inuisibiliũ. Secundũ vero articulũ posuit Andreas dicẽs: Et in iesum christũ filiũ eius vnicũ dñm nr̃m. quia nõ solũ christiano necesse est credere vnũ deũ: ⁊ hunc creatorez celi ⁊ terre: ꝑ etiã necessariũ est credere q̃ deus sit pater: ⁊ q̃ christus vere sit filiꝰ eiꝰ hoc em̃ est vnicũ fundamẽtũ fidei nostre. de quo in cle. de sum. trini. c. fidei catholice fundamẽto p̃ter qd̃ teste apl'o. Nemo potest aliud ponere firmit̃ inherẽs apte cum sancta matre ꝓfitemur vnigenitũ dei filiũ in his omnib⁹ in q̃bus deꝰ pat̃ existat vna cũ patre eternalit̃ existentẽ ꝓtes nr̃e natura simul vnitas: ex q̃bus in se verus deus existẽs fieret verꝰ homo: ⁊ ideo ꝓcluditur j. q. j. c. cũ paulus dicat: fũdamẽtũ aliũ nemo potest ponere p̃ter id qd̃ positũ est qd̃ est christus iesus: ꝓsequent̃ ꝓbatur q̃ vbi christus nõ est fundamẽtũ nullũ boni operis est supedificiũ: ⁊ dicit glo. in dicto. c. fidei. sup verbo. in omnib⁹. q̃ p hoc cõpẽdit ĩmensitatẽ incõmutabilitatẽ: incõprehensibilitatẽ: omnipotẽtiã: essentiã: naturã tẽ. vnã ⁊ equalẽ esse in patre ⁊ filio: q̃a qual' pat̃ talis filiꝰ: increatꝰ: ĩmẽsus: eternus. In hoc articulo primo Fotinus erraut: quia dixit q̃ christus no esset alit̃ filius dei q̃ alij boni viri qui bene viuentes merent̃ filij dei dici p adoptionẽ faciendo dei voluntatẽ: ⁊ ita christus: quia bene vixit ⁊ voluntatẽ dei fecit filius dei dici meruit: ⁊ voluit q̃ christ⁹ nõ fuerit ante beatam virginẽ sed esse incepit: quando ex ea cõceptus est: cũ ecõtra fides nostra tenet q̃ sit filius dei veri scõm naturã ⁊ q̃ sit ab eterno. Hinc in alio symbolo additur. Filiũ dei vnigenitũ ⁊ ex patre natum ante omnia secula. Sabellius autem dixit q̃ ipse pater est incarnatus ⁊ ideo candẽ dicit personã patris ⁊ filij: ⁊ sic aufert trinitatẽ personaꝝ: ⁊ ideo in alio symbolo additur deũ de deo lumen de lumĩe: quasi diceret deum filiũ de deo patre. ergo ⁊ filiuz qui est lumẽ de lumĩe patre. Arrius dixit q̃ fuit ante beatã virginẽ: ⁊ q̃ fuit alia pſona patr' alia filij: attribuit tamẽ tria falsa christo. Primũ q̃ filiꝰ dei fuit natura. Secundũ q̃ nõ fuit ab eterno sed in tẽpore factus a deo nobilissima creaturarum. Tertiũ q̃ non fuit vniꝰ nature cũ deo patre ⁊ q̃ nõ fuit verus deus: sed econtra dicitur ĩ alio symbolo. De q̃ verũ de deo vero genitũ nõ factũ cõsubstantialẽ patri. patet ergo q̃ credere debemꝰ xp̃m vere ⁊ vnigenitũ filiũ dei q̃ fuit semp cuz patre: ⁊ q̃ alia ẽ pſona patris: alia filij: sed in vna natura cũ patre: ⁊ ꝟm Tho. si hec credimꝰ hic per fidẽ cognoscemus ea: ⁊ p sanctam visionẽ in vita eterna. Tertiũ autẽ articulũ posuit Jacobus zebedeꝰ dicẽs: Qui cõceptus est de spiritusancto natus ex maria virgie. ⁊ sic necesse est credere filiũ dei carnẽ assumpsisse: Unde leo papa dicit: q̃ paris periculi est si ĩ filio dei vera humanitas aut patr' negat̃ cõditas. Qd̃ si q̃rit̃ cur dei filiꝰ elegit potiꝰ ĩcarnari de maria virgine q̃ de alia. Rñdet glo. in dicta cle. q̃ sicut ex superbissima natus ẽ morbꝰ: sic ex humilima p ꝓriũ inchoari debuit medicina: Añ verso nomĩe eua dictũ est virgini aue: qꝛ sicut nimiꝝ ad summã humilitatez incarnari dei filius voluit: sic summe humilẽ eligere debuit in qua ⁊ de qua tanta debuit humilitas inchoari. Hinc in cantico suo maria dixit: qꝛ respexit humilitatez ancille sue. Quedaz etiã refert historia q̃ ipsa deo primo virginitatez obtulit: vnde quia nouũ doni genus obtulit nouo ⁊ inaudito dono honorari debuit. Nimirũ qꝛ nunq̃ fuit ea dignior inuenta: dignissima autẽ deum eligere decuit: ⁊ sic ab ea carnẽ assumere voluit que concepit christũ non de semine virili sed de spiritusancto: id est p opatiõez spiritussancti: de qua dicit Damas. super illo: Ecce ancilla dñi. q̃ post cõsensũ beate virgis spiritussanct⁹ supuenient̃ in ipam purgãs eã ⁊ potẽtiã diuinitatis: xbi receptiuã preparans simul ⁊ generatiuã: ⁊ tunc obumbrauit eã filiꝰ dei ⁊ copulauit sibi p̃ ex purissimis ⁊ sctissimis sãguinib⁹ virginis carnẽ aĩatã aĩa rõnali ⁊

intellectiua nõ seminãs ꝗ p spiritũ sanctũ creans: quod exponens bonauen. sup. iij. di. iiij. dic: q̃ his verbis nõ intendit dicere q̃ illa caro facta fuerat ex nihilo: sed q̃ sanguis ille purissim⁹ ad pfectionẽ deductus est p virtutem infinitam spũssancti ⁊ sup naturalem: q: virtus generatiua licet a spiritusancto ꝓparata fuerit per se tñ nõ poterat subito ꝓducere naturam illam ad actum pfectũ nisi p successum tpis: ꝗ virt⁹ spũssancti subito sanguinẽ illũ purissimũ alterauit ⁊ disposuit vt esset ꝓueniens materiale principiũ de quo fienda erat caro christi. Quartũ ꝓinde articulũ composuit Job. dicẽs: Passus sub põtio pylato cruci. mor. ⁊ sepultus. In quib⁹ verbis p̃mo tangit christi passio q̃ passibilis erat. Ut̃ glo. in dicta cle. dicit q̃ oẽs defect⁹ nostros assumpsit filius dei ꝑter passibilitatem ignorãtie ⁊ peccati: ⁊ sic habuit frigus ⁊ calorem: famẽ: sitim ⁊ alias humanas penalitates ac passibilitatẽ mortis: ⁊ hoc cõgruũ fuit ꝓpter iusticiã satisfactiõis quaz p nobis assumpsit ⁊ ꝓpter fidem incarnatiõis q̃ potissime p eas ꝓbata fuit ac etiaz ꝓpter exemplũ patiẽtie nobis exhibendũ ad tolerãdas penalitates carnis. Secũdo tangit eius crucifixio q̃ genus mort' specialiter elegit eo q̃ turpissimũ eo tpe reputabat: q: maledict⁹ qui pependit in ligno vt inq̃z damna que p lignũ obuenerũt p lignum restauraret: ⁊ diabolũ p lignũ vinceret qui p lingnũ supauit. Sz queri p̃t. cur festũ crucis celebram⁹ in quo dñs dehonestatus fuit ⁊ nõ festum asine in q̃ dñs fuit honorat⁹: Ad hoc ꝛñdet glo. prima in c. crucis dñi. de ꝓse. di. iij. q̃ laus exhibita dño in asina fuit mundana de qua nõ ẽ curandũ: sed in cruce facta fuit nr̃a redẽptio de qua nobis est summe gloriãdum ⁊ deo gratissimũ obsequiũ exhibẽdũ. Tertio tãgit ei⁹ mors ⁊ sepultura ꝗ quib⁹ cã breuitatis sup sedeo. Quintũ articulũ cõposuit Tho. dicẽs: Descẽdit ad ĩferna tertia die resur. a mor. Pro q̃ sciendum: q̃ mors christi fuit separatio anime a corpe sic̃ mors alior̃: sed deitas tam inseparabiliter ⁊ insolubiliter iuncta fuit homini christo q̃ ipsa pfectissime semp affuit anime ⁊ corpi: et tõ in sepulchro cum corpe fili⁹ dei ⁊ cũ aĩa in infernũ descendit. i. limbũ sanctor̃ patrũ quẽ ita destruxit q̃ circa illud tp̃s nullus ibidem tentus fuit. Hic etiam notãdũ: q̃ licet quidã enumerãt. xxij. penas infer-

ni: alij aũt ponunt nouẽ: alij vero alic̃ numerant: tñ poete distinguũt quinq̃z penas inferni. Prima est Tantali qui fuerat rex corinthior̃ ⁊ ob defectũ cibario r̃ filiũ suũ Pelopẽ occisum dijs epulãdũ apposuit: ⁊ ideo ꝗm eos a dijs apud inferos damnat⁹ est: vbi in eridano fluuio inferor̃ stans sp esurit ⁊ sitit: quia lz aquã habeat vsq̃z ad labiũ inferi⁹ ⁊ pomũ pẽdẽs vsq̃z ad supi⁹ labiũ: tñ ꝗm eos collum habet ita rigiduz q̃ ipm nõ põt erigere vt comedat nec deꝯmere vt bibat: ⁊ signat auaros tenaces: q̃ licet vsq̃z ad os habeãt bladũ aur̃ diuitias ⁊c. semp tñ famescũt ⁊ sitiũt in corde p ardorem auaritie. Mimir̃ cum diuitie non impleant corda ꝗ horrea: sic delicata mensa esurienti apposita nec gustanti minime reficit sed cruciat. Scõa pena est Ixionis: qui. s. primus gliam in grecia affectauit et ideo damnat⁹ credit: cui⁹ penam referũt esse q̃ semp ambulat in rota quadã voluẽte que ꝓpetuo a se fugit ⁊ ipse sequit: ⁊ signat vitiũ ambitiõis q̃ nunq̃z rotare cessat ꝗ gradu ad gradũ: de beneficio ad beneficium: de officio ad officiũ: de nũdinis ad nundinas: q̃tum ad mercatores. Eccl. xxxiij. Pe cordia fatui quasi rota carri ⁊ q̃si axis versatilis cogitatus illius: ⁊. j. Reg. xxv. anima inimicor̃ tuor̃ rotabit̃ quasi ĩ impetu ⁊ circulo fũde. Tertia pena ẽ Sisyphi: qui sisyphus ꝓpter latrociniũ q̃ cõmiserat magno lapide sup ipm cadente interfectus est: p quẽ intelligunt̃ iracũdi inuidi odiosi q̃ latrocinia vel homicidia cor de ore vel opere cõmittũt: ⁊ in hoc scelere cõprehendunt̃ etiam multi qui multa ꝗ genere bonor̃ pficiũt que tñ p impatientiaz subito amittũt in ecclesia deuoti in domo litigiosi onerosi amari q̃ etiam ꝓtingit ĩ multis qui in cõitate viuũt quor̃ ẽ ꝓditio sepi⁹ laborare pniam agere: ꝗ d̃cõd̃ boni fecerit ꝑbito p ipatientiã destruũt litigant murmurãt suspitiosi sũt detractores ĩ ꝓscientia inq̃etis ĩ ꝓprio sensu scioli incorrigibiles ĩplacabiles q̃z horribile manet iudiciũ. Quarta pẽa ẽ Belidũ: q̃ aquã ĩ dolio sine fundo ꝓpetue ĩfũdũt ipmq̃z ĩplere credũt nec possũt: ⁊ hec ẽ pena delitioso r̃ qui doliũ sui cordis aquis delitiar̃ implere laborant: sed quia fundo caret ⁊ sufficientia ĩõ semp ipm vacuũ ⁊ insatiabile reperiũt: inx̃ illõ ꝓuerb. xij. Venter aũt impior̃ insatiabil̃. Quãta pena ẽ Tytij q̃ p eo q̃ laconã deflorauerat apõ inferos dãnat⁹ ẽ: hic

ꝓprũ pectus ⁊ iecur dat vulturib⁹ ad comedendũ: ⁊ postq̃z ꝓsumpta fuerint reuiuiscit: ⁊ sic sp comedit̃ ⁊ reuiuiscit ꝗm poetas ⁊ signat amorẽ ⁊ libidinẽ luxuriosi q̃ in iecore ponit̃. luxuriosus enĩ iecur suũ id ẽ libidinosam affectionẽ carnalẽ dat vulturibus id est carnalitatis actib⁹ q̃ deuorant ⁊ ꝓsumunt ipm sez rationẽ: vitã: famã ⁊ substantiã. Iecur tñ renasci dicit̃ q: luxuriosus semp in libidine renouat̃: ⁊ postq̃z stimul⁹ carnis extinct⁹ fuerit reaccẽdit̃. Sequit̃. tertia die resur. a mor. ⁊ hoc p sinodochen cõputẽdo ptẽ ꝓ toto: vt sic leticiã resurrectiõis acceleraret. Sextũ articulũ cõposuit Jacob⁹ alphei dicẽs: Ascẽdit ad celos sedet ad dextrã dei. p. o. q̃ ẽ est necessarium credere. Ad cuius euidẽtiã sciẽdũ q̃ christus dicit̃ descẽdisse rõe diuine nature relate ad humanã: q: humiliauit se assumẽdo carnẽ. Ascẽdere aũt illi ꝓuenit ꝗm humanã naturã: ꝗm quã dicit̃. Ascẽdẽs christ⁹ ĩ altũ: vt sic totũ affectũ nr̃m secuz traheret. Unde legit̃ q̃ quidã miles omnia loca ĩ q̃ bus christ⁹ fuerat sollicite cũ lachrymis visitauit: q̃ cũ deuote pfecisset venit tandez in montẽ oliueti vnd̃ dñs celos ascẽdit: q̃ post longã orationẽ cũ lachrymis dixit: ecce dñe vbiq̃z te quesiui diligenẽ: nũc cũ venerim ad locum vbi celos ascẽdisti: nescio vbi ampli⁹ te requirã: iube ergo spũm meũ suscipi vt ad dexterã patris videã te residẽtẽ in gliã: qui exaudit̃ a dño statim expirauit: videntes aũt eũ socij mortuũ adduxerũt medicũ vt scirent qualit̃ hoc ꝓtigisset: qui ait: cuius cõplexiõis fuit? rñderũt: iocũd⁹ valde ⁊ in amore dei positus erat: tunc ait medicus ꝓpter nimiũ gaudiũ scissuz est cor eius: ⁊ apto latere inuenerũt scissum cor ei⁹ ⁊ in eo scriptũ: amor me⁹ iesus christ⁹. Sic ⁊ nos dñm p singula opera ⁊ virtutũ exercitia q̃ramus vt tandẽ ad eũ ascendere valeamus. Ad dei laudẽ ⁊ honorẽ.

De sex vltimis articulis fidei ⁊ quomodo sortimur sanctorũ communionem ac de reliquijs sanctorum: Sermo XI

On habebis deos

n alienos coã me Exo. xx. Expediti breuiter de sex articul̃ fidei ceteros presenti sermone succinctus stilus ꝓcurrat. Septimũ igit̃ articulũ cõposuit Philippus apostolus dicẽs: Inde ventur⁹ est iudicare viuos ⁊ mortuos. hec credere oportet q̃ christus ꝗm humanitatem iudicaturus est bonos ⁊ malos: nã licet iudiciũ auctoritatis habebit tota trinitas: tñ iudicij ministeriũ habebit filius sedens et apparens in iudicio reprobis tñ ꝗm hũanã naturã: quod iudiciũ dedit pater filio vt homines honorificent filiũ sicut honorificant patrẽ: sed quia de hoc als plura posui iam indiscusse ꝑterco. Octauũ autẽ articulum cõposuit Bartholome⁹ dicens: Credo in spiritũ sanctũ. id ẽ fide p dilectionẽ formata tẽdo in spiritũ sãctũ. Circa quẽ articulũ plurimi errauerunt heretici. hinc Grego. x. in generali cõcilio lugduneñ. p̃mo ponit cõfessionẽ suã li. vj. de sum. tri. ⁊ fide catho. dicẽs. c. fideli ac deuota pfessione fatemur q̃ spũssanct⁹ eternaliter ex patre ⁊ filio nõ tanq̃z ex duobus principijs ꝗ tanq̃z vno principio nõ duab⁹ spirationib⁹ sed vnica spiratione ꝓcedit: hec pfessa est hactenus p̃dicauit ⁊ docuit ⁊ hoc firmiter tenet ⁊ p̃dicat: pfiteẽ ⁊ docet sancta romana ecclia ⁊ cetera. deinde reprobãdo damnat omnes qui p̃missa negare vl ꝓtrarium asserere p̃sumpserint. De his aũt q̃ errauerũt circa spiritũ sãctũ ponunt̃ alic̃ xxiij. q. iij. c. penul. Hũc autẽ spiritũ sanctũ maxime dehonorant symoniaci: qua propẽ nõ habent spiritũ veritatis sed mẽdacij: ⁊ iõo ipm spiritũ sanctũ exprimere aliquãdo nõ possunt ꝓut narrat petrus damiani q̃ bilibrando archidiacono referẽte didicit: q̃ cũ adhuc ipe diacon⁹ a victore papa apocrisarius ad gallias esset directus synodũ cõgreganit: in qua sex epos p diuersis criminibus deposuit: int̃ quos quidam erat epus symõiace fact⁹ qui hoc modo examinatus est: iussus dicere. gloria patri ⁊ filio ⁊ spiritui sancto. spiritũ sanctuz exprimere verbis nõ valebat: q̃tus patrẽ ⁊ filiũ expedite pronũciaret qui difficultate cõuictus ab episcopatu deposit⁹ est. Preterea ex decursu symboli tã inuenim⁹ ipam summã trinitatẽ equalẽ per omnia: quia qualis pat̃ talis filius talis spiritus sanct⁹. increatus: ĩmensus: eternus: omnipotẽs ⁊c. infinita que trinitati ⁊ vnitati diuine ascribunt̃: quã credere: amare: laudare: summa felicitas. maledicere autẽ vl blasphemare summa peruersitas est. Unde quidam olimp⁹ arrianus episcopus apõ chartaginẽ sanctam trinitatẽ in balneis blasphemãs: tri-

bus igneis iaculis angelo mittēte inuisibiliter est combust⁹. Nonū ,inde articulū cōposuit Matth.dicēs: sanctā ecclesiam catholicā: ⁊ merite post fidem de spū sancto iubemur credere sanctā ecclīam catholicā: vtpote que a spūsancto sanctificata ⁊ sistit ⁊ cōsecrata sponsa christi: sponsa inquā sed nō vxor: q: adhuc p delictum se parari pōt a sponso: sicut spōsa carnalis a sponso aliq̄ mrimoniū ꝓsumatū: ⁊ addit catholicam.i. vniuersalē vel generalē. Hic queri pōt: vtrū ecclia potest errare. Ad ꝗ rñdet Hein.boyc.ex de sen.ex.c. a nob .ij. q ecclia triūphans nunq̄ errare pt: quia omia nouit aliq̄ fiant in speculo eternitatis: vñ Hier. ad celantiā: nunq̄ errat imitatio que sequit xitatē ⁊ sup Hiere.li.vj. veritas claudi ⁊ ligari pōt vinci nō potest quia ⁊ suor paucitate ꝓtenta est ⁊ multitudinē hostiū nō terret: vt patuit in arbana sio priarcha alexādrino. Ecclia xo militans errare nō pōt si loquimur de ecclesia spāli: vt in dicto.c.a nobis.ij.ꝗ pro ipsa p sumit quousq̄ de erroe ,pbetur: vt ex de frigidis.c.fraternitatis. ⁊ potissime ,p romana ecclia: vt patz de reli. ⁊ ve.sctōr.c.j. si tñ posset de erroe fieri fides nō negat: etiam aplice sedis sentētiā in melⁿ cōmutari posse: vt patet ex de sen. ⁊ re iudi.c. cū olim. Si vero loquimur de ecclia generali simul ꝓgregata tunc illa nunq̄ errare pt. vt pz.xxiij.q.j.c.a recta fide. quod credit verū in erroe iuris: ⁊ sic ptz q papa pt errare vt ptz.xix di.c.anastasius. Sz nō vniuersalis ecclia simul ꝓgregata: q: pro illa rogauit dñs: cum diceret petro. Luc.xxij. Ego rogaui ,p te vt nō deficeret fides tua. Verūtū in erroe facti pōt errare tam vlis vel pticularis ecclia: q: illi non sunt a deo cōmissa occulta hoīm iudicare: sed ō illis de quib⁹ sibi ꝓstat. Hic queri pōt vtr ecclesie iudiciū extendit etiā ad actus oīno occultos pīsertim cū ō occult solus cognitor ē deus. Ad hoc rñdet guil.ō mon.lau. in cle.vnica.ō vsuris.§.cetex. q vbi pena ,pcedit a claue vt est censura ecclīastica q̄ fertur ,p aliq̄ peccato qō est damnatū lege diuina vt vsura ⁊ symonia tunc extēdit se ad crimen etiam occultū: nam in vsura sola spes damnat que est oīno occulta: vt pz ex de vsur.c.cōsuluit. ⁊ etiam symonia mētalis damnat: vt ptz ex.e.ti.c.fi. que etiā in mente consistit.in alijs autē peccatis seu penis in quibus cessat altex pdictor act⁹ occultus non cadit sub pcepto ecclie militantis. Idem hein.boyc.in.c.sicut tuis.ex de symo. Scō queri pt: ex quo ecclia etiā vniuersalis errare pōt ⁊ falli vt dictū est. Vtrū illa errans in claue ligare pōt vl absoluere. Ad hoc rñdet ab. ⁊ Joh.an.ex de sen.ex.a nobis: q ligatio vl absolutō quā facit ecclesia militās errante claue non ligat vel absoluit apud deuz: ⁊ addit Hein. boyc.ibidē: q ecclia militans nō pōt ligare vel absoluere mortuos ḡtū ad ligationis vel absolutiōis veritatē vt pz.xxx.di. c.qualis. sed declarare pōt absolutionē a sūmo sacerdote in cōtritione factā fuisse. vt dicto.c.a nobis.in verbo.nec obstat: et ante talē declarationē p iudicē suū factam districte seruanda ē sntia ab ecclia militante ḡtā cunq̄ ꝓtritiōem excōicatus ofidet: vt patet exp: esse ex de sen.ex.c.sacris. Ubi dicit archiō.xxiij.q.ij. in.c.sane ,pfertur. q sicut sub terra ligari pōt si ī notorio crimine discessit ita ⁊ absolui qō intelligit.i. ligatus denunciari: ⁊ ita exponit hosti. et Inno.ita etiaz intelligit qō notat archiō. xxiij.q.ij. ī.c.si ds nō recto. vbi dicit q si post mortem ecclesia inueniat se deceptaz absoluit mortuū quē ligauit sicut ⁊ ligat.

Decimū itaq̄ articulū posuit Simon dicens.sanctor cōmunionē remissionē peccator.s.his q̄ sunt in ecclia: in quib⁹ xbis breuiter duo ponit credenda. Primū ē q in ecclia sit cōmunicatio sanctor opē.s.spiritussancti qui facit vnionē mēbror ecclie ad caput ⁊ adinuicē p glutinū diuie charitatis: sic spūs hois mēbra in corpore vnit et viuificat.ps ꝓceps ego sum oīm timētium te: signū aūt hui⁹ vnionis est sacramentū dñici corporis. Hic queri pōt q̄t modis sortiri possum⁹ sctor cōmunionem ita q nos iuuāt. Ad hoc dicendū. q ānq̄ modis. Primo p orōnum suar suffragia. vñ.ij.Mach.vlti. Dicit q trepidante populo iudeor ,ppter imminēs bellū ⁊ iuda exhortatiōes faciente ad pplm erat hmōi visus onyam qui fuerat summ⁹ sacerdos virū bonū ⁊c. manus ,ptendentē orare ,p ppl'o iudeor p⁹ hec apparuisse ⁊ aliū virū etate ⁊ glia mirabilē ⁊ magni decoris habitudinē circa illum rñdentē vero onyam dixisse. Hic est fratrū amator: ⁊ pl'i israel. hic est qui multum orat pro populo ⁊ vniuersa sācta ciuitate. Hieremias ,pba dei. Extēdisse aūt hieremiā dexterā ⁊ dedisse iude gladiū aureū dicentē: Accipe gladiū sanctum munus a deo in quo deijcies aduersarios populi mei israel. Secūdo nos iuuant p sua merita sicut petit ecclia in festo oīm sanctor vt ,pphetar merita nobis precent veniam que.s.merita vocant thesauri ecclesie. Unde in ecclia militāte christus totū corpus subiecit flagellis ita q a planta pedis vsq̄ ad verticem nō fuit ī eo sanitas: totūq̄ sanguinem in preciū fudit cuius minima gutta suffecisset ad redimēdum: ⁊ hic est pncipalis ecclie thesaurus. scōarius vero innocēs sanguis oīm martyrū effusus pro deo meritaq̄ ipor et oīm sanctor qui cōputant ,p toto corpe militātis ecclie: quē thesaur papa vniuersaliter et ceteri plati pticulariter habēt dispensare ex quibus surgūt remissiōes ⁊ indulgētie peccator. Tertio nos iuuāt p exempla sua. Unde Jacob⁹ in canonica .vj. exēplū accipite fratres mei laboris ⁊ patientie ,p phetas qui locuti sunt in nomine dñi ecce beatificam⁹ eos qui sustinuerūt: sufferentiam iob audistis ⁊ finē dñi vidistis: ⁊ sic dicunt sancti carbones. Uñ glo. sup illō. sagite potētis accute cum carbonib⁹ deso. dicit: bñ dicunt carbones qui de mortuis eos accēdūt: ita q se ,puertunt ad dñm de morte reuiuiscūt igne calefacti ⁊ suo exemplo alios accendūt et iuuāt. Quarto nos iuuant p doctrinā quā nobis reliquerunt in scripturis. Quinto mō nos iuuant per fructū quē fecerūt in ecclia qui adhuc apparet per quē firmat in nobis fides ⁊ alie virtutes. Item queri pōt: quid sit canonizare sanctos. Ad hoc rñdet Inno. q est regulariter statuere q aliq̄s ,p sancto habeat puta solenne officium ,p eo facere sic ,p alijs sanctis eiusdē ꝓditiōis vt si canonizetur confesso: q fiat ,p eo officium confessor. si martyr officium martyrū: et sic p hāc canonizatiōez cōsequit sanct⁹ q in ecclesia dicit officiū solenniter ,p eo sicut pro sancto: verūtū modū ⁊ practicā canonizādi ponit Job an.post host. ex de reli. ⁊ ve. sanctor.c.audium⁹: ⁊ addit Inno. se nō negare q si ecclia erraret q nō est credendum preces tñ bona fide porrectas de⁹ acciperet dicit etiam cuilibet licere pces porrigere defuncto alicui quē credebat bonū virū vt ,p eo intercedat ad deum. q: deus fidem attendit: ꝗ nō licet ,p tali facere officium solenne vl pces solennes. ex de reli. et ve. sanctor.c.j.etiam si p eum miracula fiūt nō licet nob ipm ,p sctō absq̄ aucte romane ecclie venerari: ex quo etiā sequit q nullus pōt canonizare sanctos nisi solus papa qui preest oīb⁹. similiter ex his pz q ,phibet veneratio nouar reliquiar publice fieri absq̄ aucte pape nisi essent antiquē licet de nouo inuēte: in secreto tñ hoc admitteret. Porro peccator remissio fit mediante thesauro quē christ⁹ in arca ecclesie recōdidit: nec est aliud nomen datū hominib⁹ in quo oportz nos saluos fieri.

Undecimū xo articulū rōposuit Judas dicēs: carnis resurrectiōem: quā vtiq̄ credere tenemur: ⁊ hec maxīe subleuat spem nre mortalitatis: spūs em sanct⁹ nō solum sanctificat ecclīam ḡtum ad aīam: ꝗ in el⁹ virtute corpora nra resurgent: ita q idem corpus qō nūc est ḡtum ad carnem ⁊ ossa et omia resurgēt circundata pelle propria Job.rursus circūdabor pelle.sed erūt corpora tūc incorruptibilia qō erit bonis ad gloriam: malis ad penā: ⁊ q: corp⁹ erit incorruptibile ⁊ immortale: ideo post resurrectionē non erit vsus ciborr neq̄ ventris neq̄ nubēt neq̄ nubent qō est cōtra increpulos. Hic incidentaliter q̄ri pōt: cū p⁹ resurrectiōez nullus erit vsus ciborr. Utr ergo christus post resurrectiōem vere comederit: cum Augu.in li.lxxxiij.q̄stionu dicat: si fallit veritas nō ē. Uñ nulla fictio christū decet q̄ veritas pīsertim est: ect aūt fictio si nō vere sibi cibū incorporaret quē comedere videbat. Ad hoc rñdet Tho.ī qōlibetis: q aliq̄d dupl'r dicit esse verum. Uno mō veritate significatiōis: sicut vox est verar veritate significatiōis qñ significat esse qō est. Alio mō veritate naturalis speciei que veritas dependet ex principijs spēi: ꝗ ārt ex effectib⁹ vl ex his q̄ ꝓsequūt. exēpli gra: vox ōr vera veritate naturalis spēi qñ format debitis instrumēt ⁊ ex ore naturalis aīalis ,pferē cū q̄dā imaginatione etiā si a nullo audiat: qō ē effect⁹ ꝓsequēs vocē. Negunt aūt ī scīpturis angeli sine necessitate comedisse ⁊ christ⁹ p⁹ resurrectiōz: ⁊ vtraq̄ comestio fuit xa vt dicit Aug.xiij.ō.ciui.dei alr tñ ⁊ alit: in angel em xa fuit xitate significatiōis q: fm Au. ibidē: angeli comederūt nō qr idigebāt: ꝗ q: volebant ⁊ poterāt vt hominib⁹ quidē sui ministerij humanitate cōgruerent. In christo vero fuit vera comestio veritate naturalis speciei. fuit enim exercitata naturalibus instrumēt ad hūc actū ordiat: ⁊ fuit vera xitate signatiōis quia signabat

ueritatē humane nature in corpore resur/
gēre: ⁊ licet ille cibus nō fuit in corp⁹ chri/
sti conuersus tñ nō fuit cōmestio ficta: q̃a
sepius ⁊ cibus euomit tamē erat cōmestio
vera: nō ēim cōueniebat q̃ in corp⁹ christi
ꝓuerteret. Duodecimū denicq̃ articulū
cōposuit Mathias dicēs: Uitā eternā amē.
In quo ostendit q̃ credere debem⁹ bono⁹
remunerationē sub quo cōprehendit ma/
lo⁹ punitio. Cōuenient aūt ꝓm Tho. in
fine desiderio⁹ omniū nostro⁹. id est in vi
ta eterna dat finis credenti in simbolo.

Q̃ō si quert quid est vita eterna. Re/
spōdet Tho. q̃ vita eterna est p̃miū q̃ da
tur anime iuste: ⁊ hoc p̃miū erit de⁹ cui in
vita eterna intime cōiunget anima sāta:
que vnio ꝓsistit in pfecta visione: licet ēim
nunc videmus per speculū in enigmate tñ
tunc videbimus eū facie ad facie: cōsistet
etiā in feruentissimo amore: quia q̃tome/
lius cognoscit tātoplus amat. Itē in sum
ma laude: quia ꝓm August. videbimus et
amabimus: amabim⁹ ⁊ laudabim⁹: in hac
ēim vnione erit pfecta satietas omniū desi
derio⁹: q̃ō erit maxime delectabile bonis
ibi ēim summa delectatio de summo bono:
summus honor: pfectissima scientia: chari
tas īmēsa: securitas plena ⁊c. ⁊ omnia que
desiderari pñt erūt ibi vltra omne nosse et
velle: tunc oēs cōcinnēt illō dulce eulogiū
Sap. vij. Venerūt aūt mihi omnia bōa pa
riter cū illa: ⁊ Inumerabilis honestas per
manus illius. Sequit. Infinit⁹ est ēim the
saurus hominib⁹ quo q̃ vsi sunt pticipes
facti sunt amicitie dei. In hac āt vita eter
na cōprehendit ⁊ mors eterna: de qua dic
Tho. q̃ nō min⁹ habebūt mali de dolore ⁊
pena q̃ boni de glia ⁊ gaudijs: que pena
exaggerat p̃mo de diuine visionis p̃uatio
ne. Secūdo ex remorsu xmis conscientie.
Tertio ex īmensitate ⁊ multiplicitate sensi
bilis pene. Quarto ex omnimoda despe/
ratione: q̃ si penā euadētes eternā ad pur
gatoriū que tpalis ē maneāt obligati. tūc
dicit Tho. in. iiij. q̃ quo ad penā damni et
sensus minima pena purgatorij est maxīa
pena totius mundi. ꝓm Bern. aūt sola di/
es purgatorij superatioēs penas sancto⁹.
Ratio aūt huius acerbitatis est: q̃ cū de⁹
q̃rat plus emēdā q̃ penā afflictiōis: plus
ponderat deus modicā penā volūtariam
in pñti q̃ multā in futuro nō ita volūtari/
am: sicut plus valet modicū auri q̃ multu
plūbi. vñ ꝓm Aug. Una gutta aq̃ lachry/
marū tantū facit hic p emēda q̃ntū decem
anni in purgatorio: ⁊ oportz q̃ vbi desit in
volu ntate suppleat in acerbitate: ⁊ q̃ tan
tum vrat dolor q̃tū inhesserat amor: tāto/
q̃ tor q̃atur diutius q̃to affect⁹ venialib⁹
inhesserat fortius: dū g̃ tp̃s habem⁹ opere
mur bonū ad omnes: ⁊ in omnib⁹: tpe ēim
suo metem⁹ in vitā eternā.

De baptismo iohis ⁊ ei⁹ baptismi integritate q̃tū ad qualitatez materie ⁊ forme ꝟboꝝ: Ser. XII.

Assit eos baptiza/
ri in nomie dñi ⁊c. Act. x. Ad
euidētiā themat queri pōt vtrū
baptismus iohānis sufficiebat ad salutem
p̃fertz cū dicit Marc. j. Erat iohānes ba
ptizans ⁊ p̃dicās baptismū penitētie in re
missionē peccato⁹: vbi videt q̃ p illum re
mittebant peccata ⁊ p ꝓsequēs ꝓferebat
gratia. vnde posterio: fuit circūcisiōe ⁊ ba
ptismo christi, ꝓpinqo: q̃ circūcisio q̃ ꝓfere
bat gratiā: g̃ ⁊ pfectior ⁊ efficacior. Ad h̃
hoc rñdent doc. sup. iiij. di. ij. q̃ baptismus
iohānis nō sufficiebat ad salutē: q̃ nō re/
mittebat culpā nec ꝓferebat gratiā nec im
p̃mebat characterē: ⁊ ideo oportebat ite⁹
baptizari baptismo christi. Unde August.
assignans generalē d̃rītiā int baptismum
christi ⁊ iohānis: dicit: baptizauit iudas ⁊
rebaptizatū nō est. baptizauit iob. ⁊ reba/
ptizatū est: nimi⁹ q̃ iob. fuit in illo bapti/
smo plenarius administrator: ita q̃ de⁹ ibi
nihil faciebat q̃ō p iob. nō fieret: q̃ tñ ex/
terius lauabat ⁊ nihil interius fiebat: sed
iudas pessimus baptizans baptismo chri/
sti licet tñ lauabat exterius vt minister tñ
deus baptizauit ⁊ mūdauit interi⁹ infun/
dens gratiā ⁊ ip̃rimēs characterē de quo
postea lati⁹ videbit. Q̃ō si quert ad q̃d
ergo baptismus Job. fuit a deo institutū.
Ad hoc respōdet ibidē bonauē. q̃ ad tria.
Primo ad p̃estignandū baptismū christi:
sicut dicit magister sen. in lra: q̃ erat sacre
rei signū eo q̃ signabat baptismū xp̃i: ⁊ ra
tione huius q̃dammodo fuit sacrame: tū:
q̃ sacre rei signū. Secūdo ad assuefacien/
dū ⁊ p̃parandū homīes ad baptismū chri
sti. ⁊ dicit q̃ erat baptizās ⁊ p̃dicās bapti
smū penitētie in remissionē peccato⁹. s. p̃/
paratiue non effectiue: q̃ p̃parabat ad ba
ptismū christi in quo fiebat remissio pctō⁹
parauit inq̃ p similitudinez actus exteri⁹
nō efficacia alicui⁹ dispositiōis interi⁹. Usi
Mat. iij. dic: Ego baptizo vos aqua. glo.
tñ corpora lauo: q̃ pctā soluere nequeo:
vt sicut nascēdo ⁊ p̃dicādo precurro: sic ⁊
baptizando ad baptisma christi dirigo: et
q̃tū ad hoc nō ē sacramētū sed sacramēta/
le: sicut torneamentū in quo milites assue/
scūt nō ē bellū. Tertio ad baptismū christi
p̃nunciādo manifestādo auctem ⁊ p̃parā/
do materiā. Uñ cū baptizauit christū ma/
nifestatus ē christ⁹. Job. j. Ut manifesta/
ret in israel: ꝓpterea veni ego in aqua ba
ptizans: tūc etiā p̃parauit materiā baptis/
mo christi p sanctificationē aqua⁹ ⁊ cōta/
ctu carnis christi quē baptizauit: ⁊ sic fuit
quasi sacramēto⁹ noue legis materiale ini
tiū: q̃ in illo actu baptizādi ꝓtulit christ⁹
aquis vim regeratiuā. Uñ ad hoc q̃ fu
it institu⁹ faciebat ⁊ nō aliud: ⁊ iō nec pec
cata tollebat nec grām cōferebat nec cha
racterē imprimebat: ꝓ tñ ad grām baptis/
mi ⁊ ad characterē baptismi p̃parabat: iuſ
ſi igit eos baptizari ⁊c. ꝓm Damā. Baptis
mus fit nobis in p̃ncipiū vite spūalis sigil
lū custodia ⁊ illuminatio mētis vbi q̃dru/
plicē cōprehendit effectū spūalem illius.
Quo⁹ prim⁹ ⁊ p̃ncipalis ē viuere vita spi
rituali: ⁊ alij tres sunt cōes: quo⁹ primus
id ē sigillū ptinet ad cōformitatē volūtat.
Secūdus. i. custodia ad ppetuitatē memo
rie. Terti⁹. i. illuminatio ad illustrationez
intelligendi: vt sic aīa deū diligat toto cor
de: tota aīa ⁊ tota mente. i. intellectu sine
errore: me moria sine obliuiōe: voluntate
sine ꝓtradictiōe: vt dicit Aug⁹. Unde tria
p ordinē sunt p̃ncipalit pseqūda. Primo
de baptismi integritate. Secūdo de ꝓferē/
tū vel recipientiū qualitate. Tertio de ei⁹
effieacitate. Porro ad baptismi integri/
tatem tria requirunt: scz debita materia:
determinata verborum forma: ⁊ intentio.
Quātū ad primū queri pōt: Utrū baptis/
mus fieri pōt in omni liquore vl tñ in aq̃.
Iuſ illud dñicū Job. iij. Nisi q̃s renat⁹ fue
rit ex aqua ⁊ spūsancto ⁊c. Ad hoc rñdet
Bonauen. sup. iiij. di. iij. inter alia: q̃ ante
baptismū christi oēs liquores erāt indiffe/
rentes: ⁊ poterat inq̃tū ē de se in aliq̃ alio
liquore baptizari vt in aqua: ꝓ postq̃ dñs
voluit mergi ⁊ baptizatus ē in aqua: sola
aqua habuit ordinationē ad hoc tanq̃ sā/
ctificata p cōtactū dñici corpis: vñ de ꝓse.
di. iiij. Rūq̃ aque baptismi purgare pctā
credentiū potuissent nisi cōtactu dñici cor/
poris sanctificate fuissent: ita q̃ vim q̃ndā
regeratiuā dñs aquis cōtulit q̃ vis nō ē
aliqua ꝓprietas vel absoluta essentia aque
supaddita: ꝓ solū ordīatio ei⁹ ad hoc q̃ hō
regeneret ex ea: ita q̃ solū ī ea pōt fieri ba/
ptism⁹: ꝓ q̃ dñs nō instituit baptismū fieri
tñ p īmersionē sed etiā p verbo⁹ ꝓlatōez.
Similit ⁊ verba ad hoc ordinauit sic q̃ aq̃
in qua mergit ⁊ verba q̃ ꝓferunt sil vim
habēt regenerādi spūaliter: nec vnū sine al
tero sed vtrūq̃ simul ad regenerationē ob
tinendā ordinauit. Ꝓreterea sicut dñs nō
tñ verba q̃ ꝓtulit ordinauit ⁊ instituit ad
regenerationē sed etiā oīa verba consimi/
lia: sic pari mō nō tñ aquā quā tetigit sed
etiā oēm aquā specie ꝓsimilē: et q̃ oīs aq̃
omni aque specie ꝓsimilis est: iō omni aque
vim illā ꝓtulit: ⁊ sic p̃z quō dñs tactu car/
nis vim aque dedit: nō q̃ mūdicia transf/
ret a carne in aquā: ꝓ q̃ cū dñs cēt mūdus
noluit ob aliud in aqua mergi nisi vt illa ī/
mersione aqua hret istā ordinationē. Cete
rū doctores rangūt ibidē sex rōnes: quare
dñs instituit fieri baptismū in aqua. Pri/
ma ē: q̃ aqua rōne diaphaneitatis hz ali/
quid de lumine: ⁊ ita cōpetit baptismo qui
habet vim illuminatiuā ꝓm q̃ō in eo imp/
mit character q̃ disponit aīam ad suscepti
onē luminis grē: sicut transparētia vitruz
ad susceptionē luminis corporalis. Secū/
da ē: q̃ rōne humiditatis habet vim ablu
tiuā inter oīs liquores: ⁊ sic ite⁹ cōpetit
baptismo in quo sordes culpe mundant:
q̃ cōfert grām aīam mundificantē. Tertia
ē: q̃ rōne frigiditatis habet vim refrigerā
di: ⁊ iō cōpetit baptismo in q̃ incēdiū ꝓcu/
piscētie mitigat: q̃ grē date in baptismo
tribuit actus remittendi ardorē ꝓcupiscē
tie. Quarta ē: q̃ vt dr. xvij. de aīmalibus.
Aqua maxime cōpetit generatiōi rerū vi
uentiū ⁊ augmentationi ea⁹: ⁊ ī principio
mundi ex aqua aīalia p̃mitus ꝓducta sūt
⁊ sic cōpetit baptismo inq̃tū ē regeratō
in spūalem vitā. Quinta ē: q̃ aqua in oī/
bus mundi ptib⁹ inuenit. Sexta: q̃ aqua
est res q̃ defacili ab oībus haberi pōt sine
magno p̃cio: ⁊ he due rōnes competūt ba/
ptismo ꝓut ē sacr̃m necessitatis a quo ne/
mo absoluit ⁊ in quo oēs cōtcant: ⁊ iō ne/
cesse fuit institui in liquore qui ē cōis apō
oēs ⁊ in q̃ abundāt taz pauperes q̃ diuites.
Ubis ergo rōnibus instituit dñs baptismuz
in aqua fieri: q̃ ꝓm Pe. de tarcē. sup. iij.
di. iij. oportet q̃ sacr̃i materia habeat natu

ralem similitudinē ad rep̄sentandū sacramenti effectū: sed aqua cōuenientissime repræsentat effectuz baptismi rōne nature ⁊ vsus: vt pz. Cū igit fm Tho. ibidē. Deus baptismi materiā instituit ī tota spē aque fieri: ⁊ toti speciei aque vim regenerativā ꝛtulit: ideo fieri pōt baptismus etiā ī aq̄s salsis sulphureis ⁊ ī lixivio: qz tales aque nō differunt ab alijs nisi q̄ mutant ex loco in quo manent vel p quē transeunt: ⁊ ħ ē differentia accidentalis. Verūtamen fm Al. sup. iiij. di. iij. Si quis etiā in articulo mortis baptizaret in vino oleo lacte vel alio liquore ꝓpter defectum aque nō esset baptizatus ꝓpter institutionez diuinā qua dominꝰ instituit baptismi materiā ē aquā ⁊ nō aliū liquorem: nec deniq̄ baptismus fieri potest cū saliua oris: nam extra de baptismo. c. nō scribit Inno. iij. cuidam ep̄o: postulasti vtrū puuli sint p̄ christianis habendi quos in mortis articulo cōstitutos ꝓpter aque penuriā ⁊ absentiā sacerdotis aliquoz simplicitas in caput ac pectꝰ ac inter scapulas p̄ baptismo salinea aspersionē liniuit. Rñdemus q̄ cū in baptismo duo sunt: videlicet verbū ⁊ elementū q̄ necessario requiranꝯ: in xta qd̄ aut veritas de verbo. Euntes in mundū vniuersū bapti. omnes gentes in nomine p̄ris ⁊ fi. ⁊ spūssan. eadēq̄ dicat de elemento. Nisi q̄s renatus fuerit ex aqua ⁊ spūsancto nō introibit in regnū celorū: dubitare nō debes illos vez nō habere baptismū in quib⁹ nō solū vtrū q̄s p̄missoz sed etiā eoz alterū est omissuz: ħ ibi. Quantū aūt ad secūdū queri pōt vtrū vocalis ꝓlatio verboz sit de essentia baptismatis: p̄sertim cū christus p̄sumitur baptizatus fuisse sine vlla expressione verboz: vt pz Luc. iij. Et ergo ad exēplar eiꝰ videt q̄ baptizari possumꝰ sine vlla xbo rum exp̄ssione. Ad hoc rñdet Pe. sup. iiij di. iij. q̄ de substātia sacramēti noue legis tria sunt. s. materia elementi forma verbi ⁊ intentio ministri copulās formā materie: verba vero sunt de substantia sacri noue legis triplici rōne: tū ꝓter rep̄sentationē sui auctoris. s. verbi incarnati: tū propter exp̄ssionē significandi: nā vocalis exp̄ssio exigit nō ꝓpter virtutē soni exterioris sed significatiōis interioris. Aū manente eadem significatiōe interiori eadē ē virtus soni exterioris: qz exp̄ssio vocalis nō est de substātia sacri in specie sed in genere vocis. ⁊ hoc ꝓter institutionē: tum deniq̄ ꝓter virtutē significandi: ⁊ iō baptismꝰ christi fuit sine verbo: qz tunc aqua fuit solū sanctificata nō sanctificans. Ad maiorē aūt euidentiā fm oēs doc. hec est forma ꝓria verboz in baptismo: Ego baptizo te in nomine pa. ⁊ fi. ⁊ spūssan. ⁊ hec ē de necessitate seruāda. Cuius rōnem assignat Pe. de tareñ. sup. iiij. di. iij. dicens: q̄ in illa forma verboz due ꝓticule cōtinent: vna ꝓtinens ad sanctificationē elemēti scz inuocatio trinitatis: cū dicit: In noie pa. ⁊ fi. ⁊ spūssā. ⁊ hec habet ex institutiōe diuina: nec mutari pōt qz ē de substantia baptismi. Alia ꝓtinens ad determinationē intentiōis ministri scz exp̄ssio actus baptizandi q̄ habetur ex traditione ecclīastica. Dicit enim descendisse a p̄ma traditione ⁊ ꝓsuetudine baptizandi aplica: ⁊ illa ps ꝓtum ad exp̄ssionē actus ⁊ p̄sone iterū ē de substantia baptismi nec pōt mutari. Verūtamē ex de baptismo. c. si q̄s. dicit Alex. iij. Si q̄s puerū ter in aqua merserit: In noie pa. ⁊ fi. ⁊ spiritus. amen. ⁊ nō dixerit. Ego baptizo te in noie pa. ⁊ fi. ⁊ spūssan. amē. nō ēt puer baptizatus sed tñ admodū exp̄ssionis q̄ varia est ⁊ diuersus apud grecos ⁊ latinos nō ē de substantia sacri baptismatis sed accidit ex statuto ecclie: Nā greci baptizant sub hac forma. Baptizet seruꝰ christi: in noie pa. ⁊ filij ⁊ spūssan. amē. qz tñ statutū ecclie pōt obligare ministrū: licet nō pōt mutare substātialiter sacrm: iō etiā ille modus ē ō necessitate facient. ħ nō rei facte fm veriorez opinionē lz graui peccaret: ⁊ qz romana ecclia q̄ p̄dictā formā baptizandi tradidit nunq̄ legit a vera fide declinasse: hāc formā ab aplis retinēs: iō nō licet latinis hāc formā mutare nec in forma grecoz baptizare. Q̄ si objicit de aplis q̄ baptizabāt in noie christi nō in noie pa. ⁊ fi. ⁊ spūssā. Ad hoc rñdet doctor sanctꝰ ibidem: q̄ forma quā dñs tradidit nō fuit ab aplis mutata ꝓtū ad intellectū: qz in noie christi intelligit tota trinitas: christꝰ enim vnctus ōr ⁊ iō vngentē vnctū ⁊ vnctionē insinuat: et sic cū p̄dicta forma ꝓcordabat: sed solū q̄ tū ad vocē sensibilē nec hoc p̄m potuisset nisi ex familiari cōsilio spūssancti. Rō aūt mutatiōis fuit vt nomē christi publicaret ⁊ amabile redderet: si in eius noie baptismus fieret q̄ erat ignotū ⁊ ꝓtumeliosum vtpote crucifixi: ⁊ qz cessante cā cessat effectus: iō christi noie publicato ⁊ honorabile facto amplius nec debuit nec potuit in

eo baptismale sacramentū impleri: qz tātū ad tempus fuit institutuz: ecclia tū posset adhuc illis verbis baptizare si speciale p̄ceptū a spūsancto haberet: nō aūt auctoritate ꝓria: qz fm quosdā nō ēt baptismus cū exp̄ssio totius trinitatis sit de necessitate baptismi q̄ fieri pōt quattuor modis fm Bonauen. ibidē: aut ita q̄ sit plena ⁊ ī corde ⁊ in ore: ⁊ tunc fm omnes ē plenū sacramentū: ita q̄ sit semiplena aut ī corde et in ore: ⁊ tūc fm oēs nō est plenū sacramētū: aut ita q̄ sit plena in ore ⁊ semiplena ī corde. Et qz fm Augu. Baptismꝰ ē sacramentū fidei nō singularis p̄sone ħ totius ecclie ideo fides p̄sone nihil obest vel p̄dest: et iō qualitercunq̄ quis credat si totā exprimit trinitatē cū intentiōe baptizādi baptizatum ē: aut ita q̄ ps semiplena in ore ⁊ plena in corde: eo q̄ nō exp̄mit totā trinitatē: tūc nō ē baptismꝰ sed ē rebaptizādus. Pro quo sciendū fm Tho. ibidē q̄ q̄ corrupte ꝓfert verba: aut hoc facit ex industria: et sic nō videt intendere qd̄ intendit ecclesia nec ē baptismus: aut ex ignorātia vel defectu lingue: ⁊ tunc si tanta sit corruptio q̄ oīno auferat sensus locutionis nō est baptismꝰ q̄ si sēsus remanet: tūc est baptismꝰ. Porro tūc p̄cipue sensus nō mutat q̄n fit corruptio in fine: vt dicendo: In noie p̄ri ⁊ filio ⁊c. ħ mutatio ex pte p̄ncipij variat significationē: deniq̄ qui dicūt: Nos baptizamus te: nihil faciūt: sed qui dicūt. Ego baptizo vos ⁊ plures simul baptizat baptizatū ē sed peccat: nisi ex magna necessitate fiat. Quātū ad tertiū requirit intentio: qz si nihil intenderet q̄cquid faceret nihil fieret: eo q̄ intentio ē essentialis omnibus sacris: ⁊ iō oportet exprimere oīa que intentionē determinat ad actū illū: q̄ si non habet semp actualē intentionē habeat saltez habitualē que sufficit ad p̄fectionez sacri: puta q̄ cū sacerdos accedit ad baptizādū intendit facere qd̄ facit ecclia circa baptismum. De qua intentione latius videbitur in sermone sequenti. Ad laudem dei.

De baptismo adultorum ⁊ parvulorum intentioneq̄ baptizandi: Sermo XIII

Qui crediderit et

Hic primo q̃ri põt: vtrũ licit ũ sit vti ornatu corporis: p̃sertim cũ dicat Greg. i ome. Si cult⁹ p̃ciosarũ vestiũ culpa nõ ẽt: neq̃ q̃ sermo dei tã vigilanter exp̃meret q̃ diues qui torquet apud inferos: bisso ⁊ purpura indut⁹ fuisset. Ad hoc dicendũ q̃ duplex ẽ ornatus. s. naturalis ꝓductionis ⁊ humane ꝓuisionis. Quãtũ igit ad p̃mum dicit Alex. de hales in. iiij. parte sum. q̃ se fardantes ⁊ crines adulterinos vsurpantes: adeo peccant q̃ sacra cõmunione reddunturindigni: Primo nãq̃ peccãt ĩ deũ q̃ tales picture fiunt in cõtumeliã summi artificis ⁊ in ꝓuocationẽ indignationis eius. Scõd peccãt in ꝓximũ: q̃ ibi ẽ fictio ⁊ mendaciũ perniciosũ: inducẽs errorẽ ex certa scia. Tertio peccant in se q̃ faciunt iniuriam ꝓprie nature. Unde Cypianus dicit q̃ tolerabiliora ꝓpe modũ in adulterio crimina sunt. Ibi enim pudicicia: hic natura adulterat: quo contra refert Valerius maximus de quodam adolescente: q̃ cũ esset nimie pulchritudinis: ⁊ plurimaꝫ illustriũ feminaꝫ sollicitaret oculos: ⁊ ex ꝗ viris ⁊ parentib⁹ eaꝫ suspectũ se sentiret: oris decorem vulneribus cõfodit: q̃n irritamentũ aliene libidinis esse noluit. Unõ cõcludit Alex. de hal. q̃ tales siue solute siue cõiugate fuerint mortaliter peccant: licet secus sit de ornatu hũane prouisionis: ⁊ huius rõ ẽ: q̃ habitus naturalis ꝓductionis dati sunt a natura ⁊ nõ ab humana ꝓuidentia: ⁊ iõ quando quis illis alit vtit q̃ eo modo quo sunt accomodati a natura ⁊ ab opifice nature ꝓcessi: tunc adulterine fiunt vsurpatiões q̃ nullo mõ sunt licite. De hac tamẽ questione plenius vide ĩ sermone decol. Job. bap. Quãtũ vero ad secũdũ ornatũ scz humane ꝓuisionis: dicit Hasp. de calõ. extra q̃ cle. vl vo. in. c. q̃ consuluit. q̃ vsus vestiũ nõ est ꝓhibitus ꝗ abusus vt iactantia ⁊ voluptas eaꝫ. Sic enim in victu nõ refert: quis scz an sit rustic⁹ vel nobilis: q̃ scz capones vl carnes bouinas vel quãtũ comedet scz fm cõuententiã nature: dũmodo nõ gulose vel ex ingluuia: vt patet. xj. di. c. quisquis: vbi sequit. In omnibus enim talibus nõ vsus reruz sed in libido in culpa est. Quicquid igit locis: psonis: tẽporibus ꝓueniat: diligenter attẽdendũ ẽ ne temere flagicia reprehendam⁹ fieri enim potest vt sine aliquo vitio cupidinis ⁊ voracitatis p̃ciosissimo cibo sapiẽt vtat: insipiens aũt fetidissima gule flãma in vilissimũ olus inardescat. Et. c. delitie. Sic etiã de vestibus intelligendũ ẽ: vt ptz xxj. q. iiij. c. j. p̃cipue in glo. super illud omnis iactantia. Unde posset quis vti pãno grossissimo voluptuose: sicut alius pann⁹ scarletico vel serico: ⁊ per ꝓsequẽs ex tali voluptati vana gloria vel cõplacentia peccaret: sicut Esau peccauit ex ferculo lenticule: gulose ⁊ ingluuiose comedendo: cum tamẽ potius erat cibus iumẽtorꝫ q̃ hominum. Hinc dicit. xlj. di. c. delicie quelibet si absq̃ desiderio p̃cipiant nõ officiunt: et viles cibi appetenter accepti: impediũt ꝑfectum abstinentie: ⁊. c. quisquis: subdit. Nam in huiusmodi rebus nõ ex eaꝫ reruz natura quibus vtimur: sed ex cã vtendi ⁊ modo appetendi: vel ꝓbandũ ẽ vel improbandũ q̃ꝯ facilius. Et idẽ intelligendũ ẽ de vestib⁹. c. ti. c. cleric⁹. ℣. sicut ergo ĩ cibis mores eoꝫ cũ quib⁹ viuim⁹ obseruare monemur: sic ⁊ in indumentis intelligenduz est. Verũtamẽ nulli viro licet portare vestes deauratas: nisi cui ab imperatore concessũ ẽ: vt ptz. C. de vestib⁹. l. nemo. ⁊ ex de vi. ⁊ hone. cle. c. clerici. in glo. Denicq̃ concludit Tho. scõa 2ᵃ. q. clxix. q̃ in reb⁹ exterioribus quib⁹ quis vtit nõ ẽ vitiũ: sed vitium ẽ ex pte hominis q̃ talib⁹ vtit immoderate: q̃ scz ĩmoderantia põt esse duplex. Uno modo ꝑ cõparationẽ ad cõsuetudinẽ hoim cũ quib⁹ viuit: vnde dicit Augu. in iiij. ꝓfes. q̃ ꝓtra mores hoim̃ sunt flagicia ꝑ morũ diuersitate vitanda: ⁊ pactũ inter se ciuitatis vel gentis cõsuetudine vel lege firmatũ: nulla ciuis aut pegrini libidẽ violet: turpis est enim omnis pars suo vniuerso nõ ꝓgruẽs: vnde sicut ornat⁹ ⁊ cult⁹ exterior variat fm diuersitatẽ tẽporum et locorꝫ: sic etiam debet quis se ꝓformare cõsuetudini illius temporis ⁊ loci: vbi saltez dispar cultus vel ornatus scandalũ generaret. Sic dicẽ Aug⁹. iij. li. de doctrina christia. q̃ talares ⁊ manicatas tunicas habere apud romanos veteres flagitium erat: nunc aũt honesto loco natis nõ eas habere flagiciũ. Alio modo põt eẽ ĩmoderãtia ex inordinato affectu vtentis: ex quo q̃ñq̃ contingit q̃ nimis libidinose quis talibus vtit: siue fm cõmunẽ ꝓsuetudinẽ siue preter. Et ista deordinatio affectus contingit tripliciter q̃tum ad supabundantiã. Primo fm q̃ aliquis ex supfluo cultu vestiuz humanã gloriã querit: ⁊ hoc vt frequẽter ẽ causa: cur quis in ornatu vestium metas excedit cõsuetudinis bonorꝫ inter quos cõuersat. Hinc dicit Greg. in omel. Remo quippe vestimenta p̃ciosa: scz excedentia ꝓprii statum nisi ad inanem gloriaz q̃rit. Secũdo modo fm q̃ hõ ꝑ superfluũ cultũ vestiũ delitias querit: ⁊ nõ fm q̃ vestis ordinatur ad corpis fomẽtũ. Tertio modo fm q̃ nimiã sollicitudinẽ apponit ad exteriorẽ cultũ vestiũ licet nõ sit aliqua deordinatio ex parte finis. Denicq̃ queri potest vtrum liceat sacerdotibus vti p̃ciosis ⁊ ornatis vestibus: p̃sertim cũ a deo positi sũt tanq̃ forma ⁊ exemplar vite spiritualis ol populo christiano q̃ a domino vocantur sal terre ⁊ lux mundi. Ad hoc respondet Guil. de monte lauro. in clemen. j. de vi. et hone. cle. q̃ indistincte interdicunt omnibus clericis vestes nimis fulgide ⁊ nimis sordide: fm morẽ clericorum ⁊ patrie inter quos viuunt. vnde. xlj. di. c. j. ℣. ecce. subditur. Oportet illum eẽ ornatum habitu videlicet ⁊ incessu: vt nec fulgidis vestibus nec sordibus se ornet. Possunt tm̃ clerici

decentioribus vestibus vti q̃ communes laici: ⁊ se cõformare moribus clericoꝝ inter quos viuunt ne vilescat dignitas clericalis: nisi tamen consuetudo patrie secus haberet. Nam anglicani clerici optimos pannos portant: ⁊ burgundi viles: decet tamẽ extremitates deuitare: quia ī medio consistit virtus: ⁊ tutius est declinare ad humiles vestes q̃ ad fulgidas: nisi in dignitatibus constituti p̃ciosas induerẽt ex causa rõnabili vt videbitur. Verũtamen quedam sunt ad dignitatem ordinis sacerdotalis nõ decentia que prohibentur: ⁊ quedam cõuenientia que p̃cipiuntur: vt ex de vita ⁊ hone. cle. c. clerici. vbi subdit: clausa deferant desuper indumenta nimia breuitate vel longitudine nõ notanda: pãnis rubeis aut viridibus necnõ manicis ⁊ sotularib⁹ rostratis: frenis: sellis: pectoralibus: calcaribus deauratis: aut aliam superfluitatem gerẽtibus nõ vtant: nec fibulas nec corrigias auri vel argenti ornatum habentes ferant: ꝫ nec anulos nisi quib⁹ cõpetit ex officio dignitatis. Et de vi. ⁊ ho. cleri. qm̃ clerici. dicit q̃ clerici beneficiati vtentes veste virgata vel ptita per sex mẽses a beneficijs sunt suspensi. Nõ beneficiati in sacris vel minoribus tonsurã cũ tali veste portantes per idem tempus sunt inabiles ad beneficiũ obtinendũ. Obtinens autem dignitatem vel beneficia curata ac sacerdos religiosus per annũ candẽ penã incurrant. Punit etiã portantes epytogium notabiliter breue: q: vestis clericorum debet eẽ talaris: designati sunt eñ per ioseph qui fuit a patre magis dilectus Hic queri põt: vtrũ in dignitatibus constituti vel etiã ministri altaris p̃ciosioribus vestibus q̃ ceteri seculares ꝫm terre cõsuetudinem vti possent: presertim cum iure vt visum ē multa videntur eis in vestibus prohibita: que tamen secularib⁹ sunt licita.

Ad hoc rñdet sanctus Tho. scõa scõe. q. clxix. q̃ ex quo cultus exterior indiciũ quãdam ē cõditiõis hũane: iõ talibus licitum ē illis vti: nõ ꝓpter sui gloriam sed ad designandũ excellentiã sui mĩsterij vel cultus diuini: ⁊ iõ nõ ē ī eis vitiosũ cũ talis fuerit intẽtio ꝓcomitans: q: adinuentũ ē ad ĩducendũ rudes ad reuerentiã status spũalis qui plus ꝓferunt vestib⁹ q̃ virtutibus: vt patuit de abbate Iohanni breui. Mirũ si vsurarius ⁊ quilibet alius notorius peccator honorat propter diuitias ⁊ vestes: cur nõ sacerdotes potius: quos dñs tãtis excellentijs ⁊ nominib⁹ honorauit: vt pt̃ xj. q. j. c. sacerdotibus: vbi dicit q̃ tantam reuerentiã deus sacerdotib⁹ impẽdit q̃ in diuinis eloquijs eos aliquando appellat deos: vt patet in veteri lege: applica eum sc̃z iuraturũ ad deos. Et item. Dijs nõ detrahes. Aliquãdo etiã angelos appellat ⁊ iõ cum constantino principi vt ibidẽ subdit accusatiões oblate erãt: scripto contra eos libellos accusationis accepit: ⁊ eos qui fuerant accusati cõuocans in eoꝝ conspectu libellos incendit dicẽs: Ite ⁊ inter vos causas vestras disponite: q: dignum nõ ē vt nos iudicemus deos. Verũtamen si moribus sordeant ⁊ vestibus splendeãt vtrũq̃ abominabile est apud deũ: q: ex h̄ iudicat in omnibus eoꝝ intentio curua: q̃ nõ sinit in ornatu vestiũ querere diuinam gliam sed ꝓriã. Nihil tñ ad te: cui p̃cipit nõ iudicare sed obedire ꝓpositis: nõ solũ modestis ꝫ et discolis. Q̃ si causaris ō vita eorũ ⁊ ꝓrio dispendio in collatõe sacramentoꝝ tibi respondet in decretis. j. q. j. c Dictũ est q̃ dñs ita gratiam traditã p̃ ministeriũ ordinati transfudit hominib⁹: vt nec volũtas sacerdotis obesse aut ꝓdesse possit: sed meritum benedictionẽ poscẽtis sicut cayphas ꝓter pontificiũ ꝓphetauit: Per qõ ostenditur spũm sanctũ donatorẽ gratiã nõ personã sequi aut digni vel indigni sed ordinẽ traditionis: vt q̃uis aliq̃s boni sit meriti: nõ tamẽ possit benedicere nisi fuerit ordinatus ad officiũ: ministerij aũt dei ē effectum tribuere benedictionis.

Similiter q̃ri potest: vtrũ licitum sit religiosis portare p̃ciosas vestes vel etiam nimis viles: p̃sertim cum dicat Augu. de sermone dñi in monte: Nõ in solo rerũ corporalium nitore atq̃ pompa: sed etiam in ipis sordibus atq̃ luctuosis vestibus esse posse iactantiã ⁊ eo periculosiorẽ: quo subnoie seruitutis dei decipit. Et iõ dicit Ambro. j. de offi. q̃ decor corporis adiunctus eẽ debet cõmunibus vestibus: vt honestati atq̃ necessitati nihil desit: nihil accedet nitori. Ad qõ dicendũ ꝫm Tho. scõa scõe q. clxix. q̃ p̃cipue cõpetit vilibus vestimẽtis vti his qui alios verbo ⁊ exemplo ad penitentiã hortant: sicut fuerũt ꝓphete: ō quibus dicit apl's Heb. xj. Circũierunt in melotis in pellibus caprinis. Quoꝝ imitatores debent eẽ omnes religiosi. Sz cuꝝ non possit singulis certa regula dari: ideo

cõsistere in eoꝝ regulis ⁊ cõstitutionibus approbatis: ad qõ obligantur debent: vide de ꝓstitutionib⁹. li. vj. c. j. Possunt tamẽ in vtroq̃ peccare sc̃z in supabundantia ⁊ defectu. Et licet plus in abundãtia peccare videant: tamẽ in defectu eius põt eẽ duplex inordinatio ꝫm affectũ. Primo ex negligentia ex pte hominis qui non adhibet studiũ vel laborem ad hoc q̃ vtat exterior cultu sicut oportet. Dicit enim pb̃s. vij. ethicoꝝ q̃ ad mollicie pertinet q̃ aliquis trahat vestimentũ per terram: vt nõ laboret eleuãdo. Secũdo ex eo q̃ ordinat illuꝝ defectum ad vanam gloriã ⁊ iactantiam ⁊ ypocrisim ⁊ simulationẽ vt sic se ceteris p̃ferat: ⁊ sic ē vitiũ superstitionis: de quo dicit Aug⁹. de doc. christia. Quisq̃s restrictius rebus vtit q̃ se habeant mores eoꝝ cum quib⁹ viuit: aut tẽperãs ē. s. hoc faciens ꝓpter macerationẽ carnis vel humiliationẽ spũs. sequit. Aut superstitiosus.

Veniq̃ queri põt: vtrũ ornatus mulierũ fieri põt sine peccato: p̃sertim cũ dicitur. j. Pet. iij. Quaꝝ si mulierũ non sit capillatura extrinsec⁹: aut circũdatio auri aut indumenti vestimẽtoꝝ cultus. Ubi dic glo. Cypriani. Serico ⁊ purpura indute christum sincere induere non possunt: auro ⁊ margaritis adornate ⁊ monilibus: ornamenta mentis ⁊ corporis perdiderũt. Ad hoc rñdet Tho. vbi supra: q̃ circa ornamẽtum mulierũ cadẽ sunt attẽdenda: que supradicta sunt circa exteriorẽ cultũ in generali. Et insuper qõdã aliud speciale sc̃z q̃ mulierũ cultus viros ad lasciuiã ꝓuocat: ⁊ iõ magna ē differentia inter coniugatas ⁊ innuptas. Nã ꝫm apl'm que nupta ē cogitat q̃ sunt mundi ⁊ quõ placeat viro: et ideo si ad hoc se mulier ornet vt viro placeat vel bonorẽ ꝓseruet: hoc põt facere absq̃ peccato dũmodo fiat decenti mõ ꝫm cõsuetudinẽ cõmunẽ patrie: nõ tamẽ vt alteri placeat. Cuius rõ ē: q: sicut quilibz christianus conari debet iugiter vt in omnib⁹ actibus diuinã captet cõplacentiã: ita mulier legitima in oĩbus motibus suis conari debet ad viri sui cõplacentiã: vt ex hoc amor mutuus figuret: ⁊ thori fides integra seruet: q̃ si faceret ad alteri⁹ cõplacentiaz: peccatũ illius multipliciter ꝓter mẽtitam fidẽ augeret. Ille vero mulieres q̃ viros nõ habẽt nec habere volunt: aut sũt in statu nõ habendi: nõ possunt absq̃ graui pctõ appetere placere virorũ aspectibus ad cõcupiscendũ: q: hoc ē eis dare incentiuum peccandi: citius enim cõcupiscuntur innupte q̃ ꝓiugate: q: libere: ⁊ vt frequenter q̃rũt placere nõ vni ꝫ plurib⁹: q̃ si nolũt ꝓcupiscere volũt tñ ꝓcupisci: q: ad h̄ se cõponũt vt amabiliores ⁊ acceptiores videãt: q: nõ soluz in plateis ⁊ choreis: imo etiã in eccl'ia corda viroꝝ obnubilãt ⁊ vulnerãt dũ eis nũc colore roseo: nũc familiari colloquio: nũc manuũ iniectiõe: nũc vultus cõpositiõe: nũc oculoꝝ lasciua intuitione: laqueũ ⁊ ruine occasionẽ p̃stãt. Et siq̃ dẽ intẽtiõe hac se ornẽt vt ad sui cõplacentiã ꝓuocẽt: mortaliter peccant. Si vero ornauerit se ex q̃dã leuitate vel vanitate ꝓpter quã dã iactantiã: nõ tñ excedendo cõmunẽ cõsuetudinẽ patrie: tunc nõ sp ē mortale. De hoc tñ vide pulchrã distinctionez in ꝫmone de trib⁹ ptib⁹ pnie: vbi agit de hõmo q̃ inuitat ad statũ matrimonij. Ad il lud igit. j. Pe. iij. dicit glo. q̃ mulieres eorũ q̃ in tribulatõe erãt cõtẽnebãt viros suos: ⁊ vt alijs placerẽt pulchre se ornabant qõ fieri ꝓhibuit ibidẽ apl's. In quo etiam casu loq̃tur Cyprian⁹. In ornatu nãq̃ tria sũt ꝓsiderãda: ne. s. q̃ excessũ alijs scandalum generet: ne ex modo forma ⁊ gestu ad lasciuiã alios ꝓuocet: neq̃ ꝓncipalẽ ĩtẽtõz a rectitudĩe deuiet. Q̃ si q̃rit: vtrũ liceat mulieri vti veste virili. Rñdet ibidem Tho. q̃ cult⁹ exterior dz cõpetere ꝓditiõi p̃sone ꝫm cõem ꝓsuetudinẽ: ⁊ h̄ rõnabilit q: cõis habit⁹ vtriusq̃ sex⁹ maximã daret occasionẽ lasciuie: ⁊ iõ de sevitiosũ ē q̃ mulier vtat veste virili vel ecõuerso: nisi ꝓpt aliquã necitatẽ aut cãm rõnabilẽ: tũc eñ ī illo cãu q̃nis ꝓhibitũ videat. Deu. xxij. Nõ induat mulier veste virili: nec vir veste muliebri: h̄ eñ ꝓpãlit ꝓhibet ī lege: q: gẽtiles tali mutatõe habit⁹ vtebãt ad idolatrie superstitionem. Qõ a nobis auertat iesus christus.

De vana gloria: inobedientia: cõtẽtiõe ⁊ iactantia: Sermo XXV

On facies omnem

n similitudinẽ. ⁊c. Exoõ. xx. Post inuestigationẽ regine vitioꝝ q̃ ē superbia. Prosequendũ est de filia ei⁹ primogenita que imediate ab ipa orit sc̃z inani gloria: quã Grego. ponit capitale vitium ⁊ primũ inter ea. Pro quo sciẽduz vidente esse q̃ licet superbia ⁊ inanis gloria

vnũ ⁊ idem pctm: q: vtrobiq; ē appetitus ꝓprie excellentie: tm in hoc differũt: q: superbus sibi magn⁹ intus apparet: sed vane glōsus magnus apparere desiderat in alio ꝓ estimatione ⁊ hoc indebite: vel ex parte rei de qua quis gloriā querit: puta ō eo qd nō ē: vel de eo qd nō ē gloria dignũ: siē de aliqua re fragili ⁊ caduca: vel ex parte eius a quo quis gloriā querit: puta hoīs cuius iudiciũ non est certũ. De quibus ōr Job. xij. Dilexerũt magis gloriā hominũ q̃ dei: vnde ꝓpter hoc nō audebāt ostendere se credere in christũ ne extra synogā fierēt sicut multi verecūdāter christiane viuere ne forte detrimentũ patiant humane glorie: vel etiā ex parte ipius qui gloriam appetit: quia videlicet appetitū glie sue nō refert ad debitū finem: puta ad dei honorē vel ꝓximi salutē: ꝯtra illud Mat. v. Videant opa vestra bona ⁊ glorificent patrē vestrũ qui in celis est. Et q: qd quis magis colit ⁊ amat hoc illi de⁹ est: iō vanigloriosus in oībus q̃rens gliam suaz nō dei ꝓprie peccat ꝗ primũ p̃ceptũ quo precipimur nō hr̄e deos alienos nec colere omnē similitudinem. Hic queri pōt: vtrũ appetitus vane glorie vel inanis glie sit peccatũ mortale: p̃sertim cũ quicunq; sibi surripit qd ē dei ꝓprium: mortaliter peccat: sed p appetitū inanis glie quis sibi attribuit qd ē ꝓpriũ dei: qui dicit Esa. xlij. Gloriā meā alteri non dabo. ⁊ Paulus. j. ad Timo. j. Regi seculoꝝ ĩmortali ⁊ c̄. Ad hoc respondet cōpendiũ the. li. iij. c. xxij. q̃ vana glia ex genere suo ē veniale: q: genus opis sumit ex obiecto. Vanũ aūt fm se nō est obiectũ mortalis peccati ꝗ venial: cũ g̃ laus vana sit obiectũ hui⁹ pctī: ꝑz q̃ nō sp ē mortale. Erit tm vana glia mortale dupliciter. Prio rōne finis ꝓpter quē laus appetit ⁊ tūc opus g̃tũ ad ei⁹ formale tale manet q̃le ē illud ꝓpter qd appetit. Pro q̃ scienduṁ q̃ duplici fine laus appetit. Prio ad vitandũ malũ infamie: ⁊ hoc ē puidētie: sicut Samuel se laudauit coꝝ filijs isrl. j. Regũ. xij. iuꝗ illud Eccl. xlj. Cura habeto de bono noīe. Scdo ꝓpt vtilitatē aliquā spualē vt ē glia dei vel edificatio ꝓximi: qd ē charitatis: sicut Paulus se cōmēdauit. ij. Cor. xij. ⁊ alios istruxit ad Ro. viij. Prouidentes bona nō solũ coꝝ deo ꝗ etiam coꝝ hoībus. Licet eñ ad pfectionem hoīs nō ptinet q̃ ab alijs cognoscat: ⁊ iō p se nō ē appetendũ: appeti tm pōt inq̃tuz ē vtile: ad hoc q̃ dñs ab hoīb⁹ glificet: vt ad ꝗ vt hoīes ex bono ꝓficiant qd in alio cognoscũt: vt ad ꝗ q̃ ipe hō ex bonis que cognoscit p testimoniũ laudis aliene studeat in eis pseuerare ⁊ ad meliora ꝓficere ⁊ fm ꝗ fm Tho. Laudabile ē q̃ curam alicuius adhibeat de bono noīe: ⁊ q̃ bona ꝓficiant coꝝ hoībus: nō tm q̃ in hoīm laude delectet inaniter. Tertio appetit laus ꝓpter lucrũ auaricie: sicut pharisei q̃ deuorabāt domos viduaꝝ simulātes lōgā orationē: vt ōr Matth. xxiiij. ⁊ hoc ē mortale pctm. Et idē intelligendũ ē qficūq; mortale pctm ponit finis alicui⁹ opis. Quarto appetit laus ꝓpter aliquez actũ venialis pctī: sicut qm̃ quis laudari vult eo q̃ venialiter in laude delectet: ⁊ hoc ē pctm veniale ⁊ sepius inuenit in seruis christi. Unde Chryf. sup Mat. dicit: q̃ cũ cetera vitia locũ habeant ĩ seruis diaboli: inanis glia locũ hz etiā in seruis christi. Q: si fm Augu. cuiq̃ facile ē laudē nō cape dũ negat: difficile tm ē ea nō delectari cũ offert: vnde significat p puluerē: de q̃ Mat. x. ōr aplis Excutite puluerē de pedib⁹ vrīs. Dic enī Greg. q̃ pdicatio vir sine aliq̃ mixtiōe pulueris transit: p̃dicās eñ aut ad indignationē trahit si cōtemnit: aut aliquā inanem gloriā acq̃rit si ab auditoribus honorat. Scda vana glia mortale erit pctm rōe operis p qd vel in q̃ laus glie q̃rit: ⁊ hoc tripliciter. Mā qficq; laus q̃rit p opa illicita: ⁊ tunc tale ē peccatũ quale ē illud op⁹ illicitũ. s. mortale vel veniale. Et idē ē intelligendũ qm̃ sic finē ponit in vana glia: q̃ p ea ꝓsequēda nō ꝑtermitteret facere etiam q̃ sunt ꝯtra deũ: tūc eñ est mortale. Aliqm̃ vero laus q̃rit p opa ex se indifferentia: ⁊ sic ē pctm veniale: nisi talis finis poneret in laude: sicut iā supra dictũ est: sicut ē hr̄e diuitias: vestes p̃ciosas cũ abusu taliũ in laude venialē. Verũtm̃ si talia de se ordinata sunt vt sint occasio mortalis pctī: fm q̃ mulier ornatu meretricio p̃paraṁ ad capiēdas aīas: vel si factũ illud sit illicitũ ex prohibitiōe supioris: vt transgrediāmēta cũ excederent p̃ceptũ ecclie: sic sunt pctā mortalia. Qficq; etiā q̃ritur laus p opa virtutuz ⁊ ꝗ ꝯtingit duplicit: q: vel appetit⁹ laudis adiungit opi Xrtũ tanq̃ incidēs: sic ꝯtingit in cantu vel pdicatiōe ⁊ tūc ē veniale: vel laus ē finis ꝓncipalit intētus opantis vel opate virtutis: ita q̃ cōstituat ibi finē vltimũ ⁊ sic ē mortale pctũ: q: tūc inheret ei tā q̃ vltimo fini. Et nota q̃ maius pctm ē gloriari de bono spūali q̃ de bono tpali eo q̃ minus appareat ex q̃ tpale: vñ tā detestabile vitiũ est q̃ opus virtuosũ amittit vim merēdi vitaz eternam si ꝓpter inanem gloriā fiat etiaz si illa inanis gloria non sit mortale pctm: vt dicit sanct⁹ Tho. scda 2ᵉ. q. cxxxij. Et ꝗ innuit dñs Matth. vj. dicēs. Attēdite ne iusticiā vrām faciatis coram hoīb⁹ vt videamini ab eis: alioq̃n mercedē nō habebitis apud deũ q̃ ĩ celis est. Ad maiorē aūt euidentiaz huius q̃ri pōt quot sunt filie vane glorie cũ sit vitium capitale. Ad hoc dicendũ: q̃ Greg. xxxj. moral. ponit septē filias vane glorie: q̃ sunt inobediētia: ꝯtentio: iactantia: hypocrisis: ptinacia ꝓprie sentētie discordia volūtatis ab alijs: ⁊ nouitatũ p̃sumptio. Quaꝝ sufficientiā Tho. scda 2ᵉ. q. cxxxij sic declarat dicēs: q̃ illa vitia q̃ de se nata sunt ordinari ad finē alicuius vitij capitalis dicunt filie illi⁹ vitij capitalis. Finis aūt inanis glorie ē manifestatio ꝓprie excellētie. Et ad hoc hō pōt tendere dupliciter. Uno modo p verba directe: ⁊ sic est iactantia vel p facta: q̃ si sunt vera habētia aliquā admirationē ē p̃sūptio nouitatum q̃s hoīes magis solent admirari. Si vero p facta ficta: sic ē hypocrisis. Alio modo nititur alijs manifestare suā excellentiaz indirecte ostēdēdo se nō esse minorē alio: ⁊ hoc q̃dupliciter. Primo g̃tũ ad ĩtellectum: ⁊ sic ē ptinacia: p quā hō nimis innititur sue sentētie: nolēs cedere sentētie meliori. Secūdo modo g̃tum ad volūtatē: ⁊ sic ē discordia: dũ non vult a ꝓpria voluntate discedere vt alijs ꝯcordet. Tertio modo g̃tum ad locutionē: ⁊ sic ē ꝯtētio: dum alijs clamorose xbis ꝯtra alium litigat. Quarto mō g̃tũ ad factũ: ⁊ sic ē inobedientia: dũ q̃s non vult exequi supioris preceptũ. Ad singulas igit filias pessimas detestabilis matris discutiēdas: primo q̃ri pōt de inobedientia q̃ est prima filia inanis glie: vt ꝗ sit grauissimũ peccatũ p̃sertim cũ dicit. j. Reg. xv. Quasi pctm ariolandi ē repugnare: ⁊ quasi scel⁹ idolatrie nolle acquiescere: sed idolatria ē grauissimũ pctm vt dictũ est. Ad hoc rñdet Astē. li. ij. q̃ grau⁹ est pctm ꝓtemnere p̃cipiētez q̃ p̃ceptũ: ⁊ ideo grauiora sunt q̃ fūt ꝯtra psonā p̃cipientis vt blasphemia ⁊ homicidiũ q̃ inobediētia. Et illa dictio q̃si ĩ auctoritate allegata: nō ē nota eq̃litat⁹ sed similitudinis: q: inobediētia redūdat ĩ ꝓtemptu dei: sicut idolatria: ꝗ idolatria mag⁹. Uñ fm q̃sdā inobedientia exhibita p̃lato nō est fm se pctm mortale: nisi sit ꝗ p̃ceptũ obligatoriũ: multa nāq; p̃ter p̃ceptuz fiūt que tm nō sūt ꝗ p̃ceptũ: nā ipe p̃latus ideo mandatũ tempat: q: nō vult subditũ p q̃libet leui causa exponere discrimini peccati mortalis. Et dixi notanter fm se: q: ex animo nō obediētis simplici mādato posset fieri pctm mortale si faceret cũ tali contēptu autoritatis p̃lati: q̃ intēderet ei non obedire etiā si p̃cipet ei qd simplicit mandat: ꝗ q: de hoc in p̃cepto de honore parētũ fiet mentio. Hic causa breuitatis supsedeo. Scdo q̃ri pōt de secūda filia que est ꝯtentio vtrũ scz est pctm mortale: p̃sertim cum legit facta ꝯtentio ĩter discipulos iesu Luc. xxij: Quis eoꝝ videret ē maior: nec p̃sumit q̃ discipuli tunc peccauerunt mortalit. Ad hoc rñdet sanct⁹ Tho. scda 2ᵉ. q. xxxviij. q̃ ꝯtēdere ē ꝯtra aliquē tendere in locutiōe. Cōtrarietas g̃ locutiōis pōt attēdi duplicit. Uno modo q̃ ad intētionē ꝯtēdentis: vt ꝗ scz aliqs cōtrariatur veritati qd est vitupabile vel falsitati qd est laudabile. Alio mō g̃tũ ad modũ vt ꝗ scz talis mod⁹ ꝯtrariandi ꝓueniat p̃sonis ⁊ negocijs: q: tunc ē laudabile. Sic igitur ꝓcludendũ ē: q̃ si ꝯtentio dicat impugnatio falsitatis cũ debito mō acrimonie: sic ē laudabilis. Si aūt accipiat contentio fm q̃ importat impugnationē falsitatis cũ inordinato modo: tūc pōt eē veniale: nisi forte tanta fiat inordinatio in ꝯtendendo q̃ ex hoc generet scandalũ aliorũ. Unde. ij. Timo. ij. dicit aplꝰ. Noli verbis contendere: ad nihil enī vtile ē nisi ad subuersionem audientiũ. Uñ discipuli in sua ꝯtentione non excusant a venialī: q: licz nō ꝯtēdebant cum intentiōe impugnandi veritatem: eo q̃ vnusquisq; defendebat qd sibi verꝝ videbat: erat tm in eoꝝ cōtentione inordinatio: q: cōtendebant de quo nō erat ꝯtendendũ scz de primatu honoris: nōdũ enī spūales erāt vt dicit ibidez glo. ⁊ ideo dñs cōpescuit eos. Si deniq; accipiat cōtētio fm q̃ importat impugnationē veritatis ⁊ inordinatũ modũ: sic ē mortale peccatũ et sic diffinit ab Amb. Cōtentio est impugnatio veritatis cũ ꝗfidētia clamoris. Et sic ē filia vane glie ex q̃ mouet ad defēdendũ xbis prē ⁊ opinionē suā: vnde fm cōpletā rōnem ꝯtentiōis ꝓut est peccatũ

mortale: ille prēdit ī iudicio: q̄ iustīcie xi
tatē impugnat: ⁊ ille prēdit in disputatiōe
q̄ trēdit ipugnare veritatē doctrine: volēs
vincere cū clamore cū non pōt rōne. Et ve
nit ex appetitu vane glie ⁊ supbie p̄sumēs
de se magna ⁊ de alijs parua ⁊ loqui de fa
ctis suis: de scia: de potētia: de bonitate:
de sanctitate: ⁊ sic de alijs p̄ponere. Et ve
nit ex arrogātia. Tāta ē etiā labes huius
vitij q̄ talis ꝓhibet ordinari: vñ. xi vj. di.
.ij. dicit. Ecce q̄liter litigiosi ꝓhibent in
ēpos ordinari: q: sez cum austeritate impe
rant. Sequit. Est et alia hmōi ꝓhibitiōis
causa: litigiosi nāq̄ vel adulatiōe aīos p̄n
cipū sibi ꝓciliant: vel suptoribus suis de
trahēdo infamie notā ingerūt vel inē fra
tres discordiā seminando seditiōes facere
nō cessant: q̄ oīa in plātis dānabilia eē p̄
bant. Deniq̄ q̄ri pōt de tertia filia vane
glorie q̄ dicit iactātia q̄d sit fm diffinitio
nem. Ad hoc rndet Astē. li. ij. ti. xxviij. q̄
iactantia ē ostentatio ꝓprie laudis cuz ve
ritas nō subsistit. Et ideo pbus in. ij. ⁊. tiij
ethico. eā opponit veritati. Et dicit a no
mine arrogātia cū q̄s attribuit sibi quod
nō habet. Q̄niq̄ tñ extēso nōe dicit osten
tatio vana ꝓprie laudis etiā cū xitas sub
est vt dicit Greg. fm illud. j. Cor. iiij. Si
accepisti: q̄d gloriaris q̄si nō accepis. Tñ
⁊ hic pōt dici iactantia de eo qō nō est: licz
enī habeat bonū a se nō tñ habet quod ha
bet ⁊ tñ iactat se q̄si haberet a se: vnde dicē
Tho. scōa 2ᵉ. q. cxij. q̄ iactantia ꝓprie vi
det importare q̄ hō xbis se extollat: illa
enī q̄ hō vult longe iactare in altū eleuat:
tūc aūt p̄p̄e q̄s se ex tollit: q̄n ō se aliq̄d su
pra se dicit. Qō q̄dem ꝓtingit dupliciter.
Mā aliq̄n q̄s loquit de se nō q̄dē supra id
qō est ī se ē supra id quod hoīes opinātur
de eo. Quod aplus refugiēs dicē. ij. Cor.
xij. Parco āt ne q̄s me existme: sup id qō
videt in me aut audit aliquid ex me. Alio
modo p verba se q̄s extollit loquens de se
supra id quod ī se ē fm rei xitatē. Et quia
magl ē aliquid indicādus fm q̄ ī se est: q̄
quod ē ī opinione alioꝝ: inde ē q̄ magl p
prie dicit iactantia q̄n q̄s se effert supra id
quod in ipo ē q̄ quod ē in opinione alioꝝ
lz vtroq̄ mō iactantia dici possit. Queri
pōt igit: vtꝝ iactantia sit pctñ mortale: p
sertim cū sit mēdaciū q̄ddā nō āt mēdaciū
officiosū vel iocosū vt ptz ex fine mēdacij:
q: dicē pbus. iiij. ethic. q̄ iactator fingit de
se maiora existētibus: quādoq̄ nullī gra
tia q̄niq̄ grā honoris vel glorie: q̄niq̄ grā
argenti: ⁊ sic ptz q̄ nec est mēdaciū iocosū
nec officiosū: relinquit q̄ q̄ sit mendaciuz
pniciosum. Ad ō rndet sanctī Tho. vbi q̄,
q̄ mortale peccatū est quod ꝓtrariat cha
ritati. Iactātia ergo cōsiderari pōt dupli
citer. Uno mō fm se, put ē quoddā mēda
ciū: et sic q̄niq̄ ē mortale: q̄n sez quis de se
iactanter pfert quod ē ō gloriaz dei: sicut
ex p̄sona regis cui dr Ezechiel. xxviij. Ele
uatū ē cor tuū ⁊ dixisti deus ego sū. Uel ō
charitatē primi sez cuz q̄s iactādo seipm
prumpit in cōtumelias alioꝝ vt habetur
Luc. xviij. de phariseo: q̄ dicebat. Non sū
sicut ceteri hoīm ⁊c. Q̄niq̄ vero est pctñ
veniale: q̄n sez quis de se talia iactat: q̄ ne
q̄ sunt ō deū neq̄ ō primū: tunc enī nō ē
mendaciū pniciosū: ñ vel reducit ad men
daciū iocosū: q̄n sez aliq̄s se iactat q̄si ex ō
ipo delectatur: hoc ē enī quoddā vanū: nisi
forte talē delectationē diuine dilectiōi pre
ferret: vt ꝓpter ō dei p̄cepta cōtemneret:
sic enī eēt ō charitatē dei: in quo solo mēs
nra debet quiescere sicut ī vltimo fine. Ut
reducit ad mēdaciū officiosū cuz se iactat
ad hoc vt lucrum vel gloriā acquirat: dū
modo fiat sine dāno alioꝝ. Alio modo pt
iactātia cōsiderari fm suā causam sez sup
biam vel appetitū lucri vel vane glorie: ⁊
sic p̄cedit ex supbia vel vana gloria: que
si sit mortale pctñ erit ⁊ ipa iactantia mor
tale peccatuz. Si vero p̄cedit ex appetitu
lucri ad deceptionē ⁊ dānū primi: quod
multipliciter cōtingit in mercatoribus: tūc
etiam est mortale peccatū. Dicit enī pbus
iiij. ethicē: q̄ turpior est q̄ se iactat causa lu
cri q̄ q̄ se iactat causa glie ⁊ honoris. Q̄
si q̄rit: an pfectoꝝ sit vitare iactantiā siue
ostētationē. Ad ō rndet Aler. angli. q̄ lz
omnes declinare pñt opis ostētationem p
sermonē qñ tñ ē ostētatio opis p sermonē
nō tñ est quorūlibet ñ pfectoꝝ vitare vane
glie motum: qñ fuerit ab alijs ingesta lau
datio: vnde Greg. dicit q̄ valde pfectoꝝ ē
ostēso ope gliam actiōis nō q̄rere: vt de il
lata laude nesciāt p̄uata exultatione gau
dere: ⁊ ideo opa studio occultē necessita
te publicenē: ⁊ eoꝝ occultatio sit custodia
ꝓpria: ⁊ eorūz publicatio vtilitas aliena.
Ad laudem dei.

De ironia: hypocrisi: ꝓtinacia: discordia et p̄sumptiōe nouitatū:

Sermo XXVI

On facies omnem

similitudinē ⁊c. Exo. xx. Cum in
fine fmonis p̄cedētis dictū sit ō
vitio iactātie: q̄ sez q̄s attribuit sibi qō nō
habz. Hui⁹ occasiōe q̄ri pōt ō ironia p quā
q̄s de se fingit vel dicit minora q̄ sit in ve
ritate: vtꝝ sez sit pctñ: p̄sertim cum dicat
Greg. in epla ad Aug. angloꝝ ēpm: q̄ bo
naꝝ mentiū est ibi suas culpas agnoscere
vbi culpa nō ē. Ad ō dicēdum q̄ sic: q: oē
mēdaciū ē pctñ: vñ. xxij. q. v. dicit Amb.
c. Cauete frēs mēdacium: q: oēs q̄ amant
mendaciū filij diaboli sūt: nō solū ī falsis
xbis: ñ etiā in simulatis opib⁹ mēdacium
est: mēdaciū nāq̄ est christianū se dicere ⁊
opa christi nō facere: mēdaciū ē ēpm sacer
dotē vel clericū se pfiteri: ⁊ huic ordini cō
traria opari. Rimiꝝ cū dicat apls. Cōfitē
tur se nosse deū: factis aūt negāt. Et Aug.
de verbis aplī qō habet. xxij. q. ij. c. Cum
humilitat causa mētiris: si nō eras petō
rē q̄niq̄ mētiert mētiēdo efficiert qō euitaras
veritas ī te nō est nisi ita te dixeris pecca
torē vt etiā esse cognoscas. Sedtur. Nam
quō ē humilitas vbi regnat falsitas. Quō
igit saluat verbū Greg. qō ponit. v. di. c.
ad eius: vt q̄s cognoscat culpā vbi culpa
nō est. Dicēdū fm glo. sup illud: cū humi
litatis causa mētiris: q̄ pōt ī genere q̄s se
dicere peccatorem: q: nemo sine crimīe vi
uit: ⁊ recognoscēdo in se culpā esse nō pec
cat: dūmodo credat hoc eē verꝝ: vt ptz. ij.
q. vij. c. q̄q̄. in glo. Sed spāliter dicendo
aliq̄d pctñ de se cui⁹ ꝓtrariū est verꝝ: mor
taliter peccat. Sed objicit de sacerdote ce
lebrāte q̄ oīa crimina de se spāliter ꝓfitet
in p̄nciplo misse. Sed dic q̄ id facit: in pso
na ecclie: nullū enī vitiū est qō nō repiat
in aliquo membro ecclie. Uel dic vt dicit
Aug. q̄ ī vno pctō multa possunt notari.
Cū enī q̄s peccat mortaliter: cōmittit ho
micidiū occidendo aīam suā: cōmittit fur
tum quia se subtrahit deo: cōmittit adul
terū: q: recedit a deo ⁊ fornicat cū diabo
lo: cōmittit piurū: q: fidē p̄missam in ba
ptismo nō fuat: qō dic ⁊ in oībus vitijs in
q̄b⁹ homo miser peccare pōt: hec ibi ī glo.

Ad maiorē tñ euidentiā hui⁹ vitij quod
est ironia sciēdū fm Tho. scōa. 2ᵉ. q. cxiij.
q̄ hoc q̄ aliqui de se minora dicāt ꝓtinge
re pōt dupliciter. Uno mō salua veritate:
dum sez maiora q̄ sūt in ipis reticēt: q̄dam
vero minora detegūt ⁊ de se pferūt: q̄ tñ ī
se esse recognoscūt: ⁊ sic minora de se dice
re non ꝓtinet ad ironiā nec est peccatū fm
genus suū: nisi p alicuius circūstantie cor
ruptionē. Alio modo dicit minora quis a
veritate declinās: puta cū asserit de se ali
quid vile quod ñ se non recognoscit: aut
cū de se negat aliq̄d magnum qō tñ perci
pit esse ī seipo: ⁊ sic ꝓtinet ad ironiā ⁊ sem
per est peccatū. Iactantia tñ grauius est:
q: ironia ⁊ iactantia circa idem mentiunt
verbis vel q̄buscunq̄ exterioribus signis
sez circa ꝓditionem p̄sone ⁊ ō tum ad hoc
sunt equalia: ñ vt in plurimū iactātia p̄ce
dit ex motiuo turpiori sez ex appetitu lu
cri vl honoris: ironia vero ex hoc q̄ fugit
licz inordinate per elationez alijs grauis
esse. Et fm hoc pbus dicit: q̄ iactātia gra
uius est peccatū q̄ ironia. Cōtingit tamē
q̄niq̄ q̄ aliquis minora de se fingit ex aliq̄
alio motiuo sez ad dolo se decipiendum: ⁊
tunc ironia grauior ē: vnde Eccli. xix. Est
qui nequiter se humiliat et interioza eius
plena sunt dolo. Deniq̄ aliquādo in vno
facto q̄dam incurrūt vitiū ironie ⁊ iactan
tie simul: cum sez per aliquā corporalē ab
iectionem ostētare intendūt aliquā excel
lentiaz spūalem: de q̄bus ait dñs Matth.
vj. Qui exterminant facies suas vt appa
reant hominib⁹ ieiunātes: abijciunt enī ⁊
despiciūt se in cibo: potu: vestib⁹: ⁊ simili
bus corporaliter: vt laudentur et eleuenē
spiritualiter: et illi grauius peccāt. Ut
visis p̄cedendum est de quarta filia vane
glorie que dicitur hypocrisis: de cuius de
testabilitate dicit Augu. ⁊ habetur. xij. q.
j. c. certe. Ego sum qui statueram nullum
ordinare clericum: nisi qui mecum vellet
manere: aut si vellet a ꝓposito discedere
recte illi tollerem clericatū. Ecce in cōspe
ctu dei ⁊ vestro muto consiliuz qui velint
habere aliquid ꝓprium quibus non suffi
cit deus nec ecclia eius maneāt vbi volūt
⁊ vbi possunt non eis auferā clericatum:
nolo habere hypocritas: malum esse quis
nesciat: malum est cadere a ꝓposito ñ pei⁹
est simulare ꝓpositum. Et post pauca. Si
foris non seruat sanctitatē dimidius ceci
dit. Si intus habuit simulationem totus
cecidit. Hlo. Peius enī ē per hypocrisim
peccare q̄ manifeste: vt patet extra de he
ret. c. cum ex iniuncto. Sicut plus ē vene
no occidere q̄ gladio. C. de malefic. l. j.

Ad maiorem tamen euidentiā sciendū:
q̄ fm Isid. ī li. ethymol. hypocrita greco

sermõe:latino simulator interpretatur: qui dum intus malus sit:vt bonꝰ se palã ostẽdit:ypo enĩ falsũ crisim iudiciũ iterpratur. Et nomẽ hypocrite tracũ ẽ a specie eoꝝ q̃ in spectaculis ꝓtecta facie incedũt:distinguẽtes vultum vario colore: vt ad psone colorẽ quã simulãt pueniant:modo in specie viri modo ĩ specie femine: vt ĩ ludo populũ fallãt. Sic hypocrite dicunt q̃ in exercitijs et in oĩ vita humana se volũt videri ⁊ reputari qõ nõ sunt:q: simulant se iustos nõ exhibẽt:⁊ sic oñis hypocrisis ẽ simulatio:nõ tamẽ oñis simulatio ẽ hypocrisis:sed solũ illa q̃ quis simulat psonam alterius: sicut cũ peccator simulat psonaꝫ iusti. Qõ si objicit: hypocrita nõ semp simulat q: plerũq; interiꝰ agit qõ exterius ostẽdit:iuxta illud Matth.vj.Cũ facis elemosynaꝫ noli tuba canere sicut hypocrite faciũt. Ad hoc dicẽdũ fm Tho.scõa 2ᵉ.q. cxj.q̃ opus exteriꝰ naturalit signat intentionem:cum ergo quis p bona opa que facit ex suo genere ad dei seruitiũ ptinentia non q̃rit deo placere sed hoĩbus: tũc simulat rectã intẽtionẽ quã nõ habet q̃ uis nõ simulat aliq̃ rectũ opꝰ qõ non agit. Hic q̃ri põt: vtꝫ hypocrisis semper sit mortale peccatũ:pfertim cum Greg.xxxj.moral.dicat q̃ hypocrite ex malicia peccãt:sed hoc est grauissimũ et ptinet ad peccatũ in spiritũ sanctũ. Ad hoc dicendũ: q̃ aliq̃ hypocrisis sumit large p omni simulatiõe:⁊ tũc fm Astẽn. ẽ q̃druplex species hypocrisis vel simulatiõis. Prima species ẽ cautele: ⁊ hec fuit iehu.iiij.Reg.x.et dauid coã rege geth.j.Regl.xxj.et de his habet. xxij. q.ij.c. Utilem assimilationẽ ⁊ in tẽpore afmẽdã iehu regis isrl'nos docet exemplũ: qui non potuisset inducere sacerdotes baal nisi finxisset idolũ se adorare velle ⁊c. vide tex.et glosã. Scõa species est instructionis:q̃ fuit ĩ christo q̃ finxit se longius ire:in q̃ eruditut exhibendũ officiũ hospitalitatis q̃ coegerũt eũ apud se manere p qõ eũ cognouerunt. Tertia est signatiõis cum scz iacob simulauit se eẽ Esau: vñ dicit Aug.ꝰ. q̃ñ fingimus illõ qõ nihil signat est mẽdaciũ :cum aũt fictio nr̃a signat aliquid:non est mendaciũ sed aliqua figura veritatis. Quarta deniq; spẽs est duplicitatis:⁊ hec ꝓprie ẽ hypocrisis ꝓut stricte capit. Et tũc fm Tho.vbi s:in hypocrisi duo sũt scz defectꝰ sanctitatis ⁊ simulationis. Si ergo hypocrita dicat ille cui intẽtio fert ad vtrũq;: vt scz q̃s nõ curat sãctitatẽ habere ꝑ solũ sanctꝰ apparere:sicut accipi ꝓsueuit in sacra scriptura: sic manifestũ ẽ q̃ sit mortale pctũ. Nullꝰ enĩ priuat totaliter sãctitate nisi p peccatũ mortale: nec solũ mortale ꝑ etiam detestabile:quia Job.ij.dicit glo.q̃ simulata eq̃tas non est eq̃tas ꝑ duplicatũ peccatuꝫ. Si vero talis hypocrita dicat q̃ sanctitatẽ intẽdit simulare:a q̃ deficit p peccatuꝫ mortale:tũc q̃ uis sit in pctõ mortali ex q̃ priuat sãctitate vite:non tñ ipa simulatio ẽ ei semp peccatũ mortale:ꝑ q̃ñq; veniale:qõ discernẽdũ ẽ ex fine:q̃ si ꝓtrariat charitati dei vel ꝓximi: puta si simulat sãctitatẽ vt falsam disseminet doctrinam: vel vt adipiscat ecclesiasticã dignitatem indignꝰ vel q̃cunq; alia bona tpalia in q̃bꝰ finem ꝓstituit erit pctũ mortale. Si ꝛo finis intentꝰ non repugnat charitati erit pctũ veniale: vt cuꝫ q̃s ĩ ipa fictiõe delectat. Cõtingit tñ q̃ñq; q̃ q̃s simulat pfectionẽ sanctitatis q̃ nõ est de necessitate salutis ⁊ talis simulatio nec semp ẽ mortale: nec semp ẽ cũ pctõ mortali. Et addit Asten.q̃ si q̃s simulat sãctitatẽ ad dei honorẽ ⁊ ꝓximoꝝ salutẽ vel edificationẽ:nõ peccat ꝑ etiã meret si ẽ ĩ charitate: vt cuꝫ q̃s ad edificationẽ magis religiosum se oñdit coã secularibꝰ vel extraneis q̃ coã fratribꝰ. Deniq; ex de imu. ecclia ꝝ.ĩ.c.plerique:dicit Inno.q̃ hypocrita sub noĩe boni christiani bona ꝓprĩs:tenet ad restitutionẽ.xiiij.q.v.c.nõ sane:nõ tñ illi q̃ dedit:q: ꝓsecutus est mercedẽ suã ꝑ pauperibꝰ vel alijs pijs locis erogare põt.

Proinde circa q̃ntã filiaꝫ q̃ ptinacia dicit q̃ri põt q̃d sit. Ad ꝑ dicẽdũ: q̃ ptinacia vl ptinax dicit ille q̃ factũ suũ malũ vl dictũ ptinacit defendit ne videat errasse. Et ponit pseuerãtie:qõ sic ptꝫ. Mã Aug.ã li. de pseuerãtia dicẽ: Asserimꝰ donũ dei eẽ pseuerãtiã:q̃ vsq; ĩ finẽ pseuerat ĩ christo.i. in virtute q̃ ꝓsistit ĩ medio. Dicit enĩ Tulliꝰ ĩ rhetor.sua q̃ pseuerãtia ẽ in rõne bñ ꝓsiderata stabilis ⁊ ꝑpetua pmãsio. Et habet duo vitia opposita. Primũ ꝑ mollicies sicut dicit pbus in.vij.ethicoꝝ: q̃ molli ponit pseueratiuꝰ. Quod doctor sanctus scõa 2ᵉ. q.cxxxviij. sic declarat:dicens: q̃ laus pseuerantie in ꝑ cõsistit: q̃ aliq̃s non recedit a bono ꝓpter diuturnam tolerãtiã difficilium ⁊ laboriosorum: cui directe videt opponi q̃ aliq̃s defacili recedat a bono ꝓpt aliq̃ difficilia q̃ sustinere nõ põt:et hoc ptinet ad rõnem molliciei: q: molle dicit qõ facile cedit tangenti.vñ.j.Cor'.vj. Nec adulteri nec molles.i. muliebria patiẽtes.i.incõstantiã animi ⁊ etiã q̃ñq; ĩmũ diciã corpis : q: mollicies q̃ñq; causat ex naturali dispositiõe qua scz habet animũ minꝰ ꝓstantem ꝓpter fragilitatẽ cõplexionis:⁊ hoc modo cõpanit femine ad masculos vt pbus dicit.vij.ethico. Aliq̃ñ vero ex ꝓsuetudine:cũ enĩ quis ꝓsuetus est voluptatibꝰ frui difficilibꝰ põt eaꝝ abstinẽtiã sustinere. Uñ ꝑm hoc ꝓprie mollis dicit: q̃ recedit a bono ꝓpter tristicias causatas ex defectu delectationũ quasi cedẽs debili monẽti:⁊ plerũq; ducit ad detestabilem mollicie corpalis imũdicie. Scõm vitium oppositũ pseuerãtie est ptinacia :q: sicut p seuerantia laudat sicut existẽs in medio ĩ quo ꝓsistit virtus : ⁊ mollis vitupat ꝓpt defectum medij scz ꝓpter defectum delectationũ q̃bus carere nõ põt:sic ptinax vitupat ꝓpter excessum medij pseuerãs in ꝓpria sentẽtia plus q̃ oportet. Et sicut pserãtia psistit ĩ bono:sic ptinax in malo:volens p hoc suam excellentiam demõstrare quã nimis appetit:⁊ cõtrariã ꝓfusionẽ nimis refugit:⁊ sic orit ex inani gloria. Dicit q̃ ptinax valde vel imprudenter tenẽs durꝰ:irrenocabilꝰ: idocibilis:obstinatꝰ:ꝑ vsur. ĩ cle:ex graui.Ꝗ-sane:⁊ ꝑ sũ.tri.cle.j. Ꝗ-porro.in glo. Sexta ꝛo filia ꝑ discordia:q̃ ꝓportat quandã disgregationẽ volũtatũ:inquãtũ scz volũtas vniꝰ stat ĩ vno: ⁊ voluntas alterius stat ĩ altero. Qꝛ autẽ alicuꝰ volũtas in ꝓprio sistit :punit ex hoc q̃ aliquis ea q̃ sunt sua pfert his que sunt alioꝝ :qõ cuꝫ fit inordinate ptinet ad supbiam:⁊ ideo discordia p quã vnusq̃q; tenet qõ suũ est: ⁊ recedit ab eo qõ alteriꝰ est:ponit a Gregorio filia inanis glie. Ue rũtamẽ vt dicit Asten.li.ij.Inquãtũ discordia ab alteriꝰ volũtate recedit: hoc ptinet ad inuidiã ⁊ causat ab inuidia vt terminꝰ a quo:a vana aũt glia vt terminꝰ ad quẽ. Et q: in quolibet motu terminꝰ ad quẽ potior est termino a quo ⁊ finis potior ẽ pncipio:ideo ponit filia inanis glorie : licꝫ ex vtraq; oriri possit fm diuersas rationes.

Hinc q̃ri põt: vtꝫ discordia sit pctũ mortale:pfertim cũ mortale nõ repiat in viris sanctis:ꝑ discordia repitur ĩ eis fuisse : q: dicit Act'.xv. Facta est dissensio int' paulum ⁊ Barnabã ita vt discederẽt abiuicẽ. Sic etiã Chrysostomꝰ discordabat a q̃daꝫ epo viro sancto noĩe Epiphaniꝰ: vt ptꝫ in eius legẽda. Ad hoc rndet sanctus Tho. scõa 2ᵉ.q.xxxvij.q̃ discordia cõcordie opponit. Cõcordia vero causatur ex charitate inquãtũ scz charitas multoꝝ corda coniungit ĩ aliq̃ vnũ:qõ est pncipaliter q̃dẽ bonũ diuinũ:secundario vero bonũ ꝓximi. Discordia ergo ea rõne pctũ ẽ inq̃tũ hmõi cõcordie cõtrariatur. Sed sciendũ: q̃ hec ꝓcordia p discordiã tollit duplicit. Uno modo p se:alio mõ p accidens. Per se q̃dem in humanis actibꝰ ⁊ motibꝰ dicit esse id qõ est fm intentionem : vñ p se quis discordat a ꝓximo quãdo scienter ⁊ ex intẽtiõe dissentit a bono diuino ⁊ a bono ꝓximi in quo ꝓsentire deberet:⁊ hoc est pctũ mortale ex suo genere ꝓpter ꝓtrarietatem ad charitatẽ:licꝫ primi motus hui' discordie ꝓpter impfectionẽ actꝰ sint peccata venialia. Et ex his ptꝫ :q̃ facere discordiã p quã tollit bona cõcordia quã charitas facit ẽ graue peccatũ. Uñ dicit Prouer.vj. Sex sũt que odit deus et septimũ detestatur anima eiꝰ. Et hoc septimũ ponit euꝫ q̃ inter fratres seminat discordiã . Porro p accidẽs ex hoc ꝓsideratur ĩ humanis actibus q̃ aliquid ẽ ꝑter intentionẽ. Mã cum aliquoꝝ intentio fertur ad aliq̃ bonum qõ ptinet ad honorẽ dei vel vtilitatẽ ꝓximi:sed vnus estimat hoc esse bonũ: alius aũt ꝓtrariã habet opinionẽ: tũc est discordia p accidens ꝓtra bonũ diuinũ vel ꝓximi vtilitatẽ : ⁊ talis discordia non ẽ pctũ nec charitati repugnat. Et talis discordia fuit inter Paulũ ⁊ barnabã:q: vterq; bonum itẽdebat:sed vni videbat hoc bonũ esse ⁊ alij aliud qõ ad humanũ defectuꝫ pertinebat. Non enĩ erat talis ꝓtrouersia in his que sũt de necessitate salut q̃ uis hoc ipm fuerat ordinatum ꝓuidentia diuina ꝓpter vtilitatẽ inde sequentẽ. Uerũtamẽ si talis discordia esset vel cum errore circa ea que sunt de necessitate salutis : vl inde bita ptinacia adhiberet ad scandalũ alterius vel etiã plurimoꝝ:tũc non excusaret a mortali. Preterea sicut volũtas hoĩs adherẽs deo ẽ quedã regula recta:a q̃ peccatum ẽ discordare : sic volũtas hoĩs deo ꝓtraria est q̃dam puersa regula:a qua bonum ẽ discordare. Et ideo sicut facere discordiam p quã tollit bona cõcordia ẽ graue peccatuꝫ:sic causare discordiã per quã tollit mala ꝓcordia scz in mala voluntate laudabile est. Sicut fecit Paulꝰ iter eos

qui iter se cõcordes erant in malo: dissensi onem ponẽs Act̃. xxiij. cũ clamauit. Fratres ego phariseus sum: filius phariseor̃: ꝗ spe ⁊ resurrectiõe mortuor̃ ego iudicor. Ex his patet ꝙ discordia est ex vnius peccato: puta cuꝫ vnus vult bonum cui alter resistit: quãdoq̃ cum peccato vtriusq̃: puta cum vterq̃ dissentit a bono alterius et vterq̃ diligit bonum ꝓprium. Septima nanq̃ ⁊ vltima filia dicit̃ ꝑsumptio nouitatũ: qua quis noua ⁊ insolita dicit vel inuenit. Et est duplex ꝑsumptio vitiosa ꝟm Asten. li. ij. ti. lxj. Una est que orit̃ ex propria virtute: que ẽ species supbie vel vane glorie ⁊ opponit̃ magnanimitati: q̃ ponit modũ rationis circa honores: ⁊ sic ꝛsistit in medio: non q̃dem ꝟm quãtitatẽ eius in quo tendit q: tendit etiã in maximũ: ꝫ cõstituitur in medio ꝟm ꝓportionẽ ad ꝓriã facultatem: quia nõ in maiora tendit q̃ sibi cõueniant. Presũptuosus vero ꝟm proportionẽ sue facultat̃ excedit: ⁊ oritur ex inani gloria. Altera ꝑsumptio vitiosa est: que ꝛsurgit ex cõtemptu diuine iusticie: q̃ si ex sola electione ꝓcedit est peccatũ ĩ spiritũsanctũ: de quo visum est alibi: ⁊ tũc directe videt̃ oriri ex supbia: quia talẽ quis se existimat ꝙ deus eum etiã peccantẽ nõ puniet vel a gloria nõ excludet. Est tamẽ tali ꝑsumptione desperatio peior: quia voluntas per desperationẽ totaliter a deo recedit: non enĩ innitit̃ misericordie quã cõtemnit: nec iusticie quia quãtũ potest eam refugit: per ꝑsumptionem autem in deum tendit licꝫ inordinate. Ad laudẽ dei.

Sequũt̃ sermões ꝟ ꝑcepto scꝟo.

De iuramẽto. Quõ licitũ sit: ⁊ q̃ conditiones subintelligũt̃ in iuramẽto ꝓmissorio: Sermo I

eterne vite se neci tradiderunt: ⁊ ex romanis Catho qui fuit ī omni vita sua Socratice vanitatis imitatē ⁊ ipe romane sapie pnceps: qui antecz se occideret plegisse libzū Platonis dicit: qui ō eternitate animaꝝ scriptus est: ⁊ ad sūmū nephas phi auctoritate cōpulsus ē: et Ambrachiotes ille q̄ cum eundē libzū plegisset pcipitē se dedit: nullā ob aliam causā nisi q̄ Platoni credidit: vnde dicit Augu. j. de ciui. dei: q̄ error fuit gentiliū q̄ mores esset optanda omnibus: ⁊ q̄ virtutis ē siue cōstantie vl magnanimitatis: q̄ homo sibi mortē inferat: quē errorē Augu. reprobat ⁊ etiam omnes doctores. Quinto queri pōt: vtrū igit p saluanda castitate vel honestate licituz esset se cōmittere casui: etiam si inde posset mors sequi: dum tamen hoc certū non sit: sed se sperat euadere posse. Ad hoc respondet glo. prima: extra de sepul. in. c. ex pte. ij. q̄ sic: dūmodo ex illo ppposito nō faciat vt se interficiant: qz si tunc sequerē mors vel mutilatio: iudicarē homicida. Pro quo sciendū q̄ sicut nullo modo licitū est alicui seipm occidere: sic nullo mō licitū ē seipm mutilare: quia ex hoc non solū irregularis sed etiam homicida quodāmodo iudicarē: vt patz extra de cor. vitia. c. significasti: vbi agit de quodaz qui sibi fecit amputari virilia credens se p b obsequiū pstare deo: ꝑ ī hoc displicuit: vt dicit glo. quia non ferro sed religione querenda est castitas: vt. xxxiij. q. v. c. tunc saluabit: in fi. cū eo tamē Clemens papa. iij. in hoc dispensauit vt facere posset officiū sacerdotale pterq̄ officiū misse. id ē fm glo. baptizare: penitentiā dare: sacramēta ministrare ⁊ alia pficere que solis sacerdotib⁹ sūt cōcessa. Et addit glo. q̄ reputat homicida: qō etiaz exp̄sse patet di. lv. vbi dicit. c. Si quis absciderit semetipm. id ē qui amputauerit sibi virilia non fiat clericus: quia suus est homicida ⁊ dei cōditionis inimicus: si quis cum clericus fuerit absciderit semetipm oīno damnet quia suus ē homicida: hoc ibi. Verūtamē si talis castratio non sponte sed casu vl necessitate vt ppter languorē a medicis: vel ppter pseculionē a barbaris: ppter infantiā a parentib⁹ ⁊ in similibus: nec a pmotione ppeditur nec homicida iudicat: vt patz extra de cor. viti. c. ex pte. j. ⁊ ij. di. lv. c. si quis a medicis ⁊ trib⁹ sequētibus: ⁊ simili modo intelligēdū ē de quolibet membro abscisso: vt. e. ti. c. qui partez cuiuslibet digiti sibi volens abscidit: hūc ad clerum canones non admittūt. Cui vero casu aliquo cōtigerit dum aut opi rustico curam impendit: aut aliquid faciens se non sponte peutit: hos canones pcipiunt id est pmittunt cleros fieri: et si in clero reperti fuerint non abijci: in illis enī voluntas est iudicāda que sibi ausa fuit ferrum inijcere: in istis vero casus venia meruit: quod quidā sane intelligunt si dedit operam rei licite: secus tamē si dedit operā rei illicite: qō exp̄resse patet ex de cleri. pug. ī duello. c. j. ī glo. vnde. xxxiij. di. c. maritū. ⁊. c. cōiter pmoueri ꝓhibent ad sacros ordines tālz indigni ppter diuersos casus ibidē enumeratos. Ad laudem dei.

De iniusto bello qō fit ānqz modis: ⁊ de bello iusto ac de his que rapta sunt in bello: Sermo IIII

O non occides Exo.

b xx. Iam ordine cōgruo de bello pseqendū est in quo contingūt plura homicidia rapine ⁊ similia. Pro q̄ sciendū est fm canonistas q̄ septem sunt belloz species. Primus bellū dicit romanū quod scz fit inter fideles et infideles: quia romana est caput fidei. Secundū dicit iudiciale quod scz auctoritate iudicis fit. Tertiū dicit licitū vl iustū quod scz fit auctoritate iuris. Quartū dicit necessarium quod scz fit ad sui defensionē: ⁊ in istis bellis dicunt q̄ quis non tenet ad restitutionem. Quintū pinde dicit psumptuosum qō scz fit cōtra iudicē vel supiorem p cōtumaces vel inobedientes iudici vl superiori. Sextuz dicit temerariū qō scz fit cōtra iuris auctoritatē. Septimū dicit voluntariū: qō scz assumitur auctoritate propria: ⁊ in his trib⁹ dicunt q̄ quis tenet ad restitutionē. Ad maiorē autē euidentiā in generali distingui pōt duplex bellū scz iniustū ⁊ iustū ac p cōsequens sic oē bellū iniustū reddit illicitū ex eo q̄ iniustū ita oē bellū iustū reddit licitū. Iniustū āt ⁊ illicitū reddit bellū multis modis. Primo ex rōne vel animo vlciscēdi: etiā si instam habens causam bellū moueat ⁊ ideo iniuste agit et grauiter peccat: vnde. xxiij. q. j. dicit. c. quid culpat in bello: an quia mori turi quādoqz moriunt vt dominent in

pace victuri: nocendi cupiditas vlciscēdi crudelitas: implacat⁹ ⁊ implacabilis animus: feritas rebellandi: libido dominandi ⁊ si qua sūt similia: hec sūt que in bellis iure culpanē ⁊c. Hinc etiaz quātūcūqz ds iustam habeat causā belli: si ex animo ē in iustum: tūc non licite capit nec retinet: vt e. q. c. militare. Secūdo reddit iniustū ex loco puta quia fit in loco sacro: vt patz li. vj. ō immu. ec. c. decet: vnde. xij. q. ij. in. c. cuz deuotissimā: dicit glo. q̄ emunitas dicit priuilegiū quo gaudet ecclesia: vt ī ambitu suo non fiat pugna vel insultus vl rapina: per. xxx. vel. xl. passus: vt patz. xvij. q. iiij. sicut antiquitus: et delinquēt pena ponit. e. q. c. si quis cōtumax. Tertio reddit iniustū ex tēpore: quod patet extra de treuga et pace. c. j. vbi dicit: treugas a quarta feria post occasū solis vsqz ad secūdam feriam in ortu solis ab aduētu domini vsqz ad octauas ephie: et a. lxx. vsqz ad octauas pasche ab omnib⁹ inuiolabilit obseruari pcipimus: si quis aūt treugas frāgere p̄sumpserit: post tertiā admonitionē si non satisfecerit: ep̄us suus excōmunicationis sententiā dictet in eū: ⁊ alia multa dicit in textu. Glo. ibidē: treuga est securitas pstita reb⁹ ⁊ psonis discordia nōdū finita. Et nota q̄ hec treuga in textu posita est canonica ⁊ nō cōuentionalis: si enī eēt quēctionalis semp seruarē: quia fides hosti seruāda ē: verūtamē q̄ hic textus dicit hodie non tenet: ⁊ epi qui non seruāt hāc cōstitutionē nō dicunt transgressores: qz non fuit moribus vtētium approbata huiusmodi treuga: ꝑ glo. Hic queri potest: vtrū bellare liceat diebus festis: cuz festa sint ad vacādū diuinis ordinata: sabbatū enī intelligit requies: sed bella maximaz inquietudinē habēt. Ad hoc rndet Tho. scda. 2ᵉ. q. xl. q̄ obseruatio nō impedit ea que ordinant ad homis salutem etiā corporalē: vñ dñs arguit iudeos dicens. Jo. vij. Mihi īdignamini qz totū hoīem saluū feci in sabbato: ⁊ inde ē q̄ medici licite medicari possunt homies in sabbato: multo autē magis ꝓsideranda ē salus reipublice p quā impediunt occasiōes plurimorū et innumera mala tēporalia ⁊ spūalia: q̄z salus corporalis vnius homis: ⁊ ideo p tuitiōe reipublice fidelīū licitū est in dieb⁹ fest ex ercere iusta bella: si tamen necessitas ꝑ exposcat: quia hoc esset tēptare deū si īminēte necessitate quis a bello vellet abstinere: sed necessitate cessante nō est licitū bellare in diebus festis ppter rationē induciam. Quarto reddit iniustū ex parte cause: qz scz inferens vel defendens non foueat iustam causā inferēdi vel defendendi: vnde xxiij. q. ij. c. j. dicit glo. q̄ bellū est iniustū ratione rei: vt si nō est p repetēdis rebus intelligo ppriis vel p defensione patrie ī telligo iusta defensione: quia si verus dominus papa vel pnceps populū suum seu de iure sibi subiectuz sibi inobedientē vel rebellem bello oppimeret: defendētes patriam iniuste agerent ⁊ peccarent: vt pbatur. xxiij. q. iij. §. item ab aliquo: vbi patz q̄ iuste interficiēdus non debet fugere mortem iniuste: tanta est vis iusticie. Quinto reddit iniustū ratiōe psone. Pro quo sciēdū q̄ primo cōsiderāda ē psona q̄ bellū gerit: an scz clericus vel laicus: q̄ si clericus nullā habens iurisdictionē: tunc bella mouere non debet: sed licite potest in necessitate se defendere: vt patet li. vj. de sen. excom. c. dilecto: q̄ si iurisdictionē tēporalē habet: tunc licz fm quosdaz etiā in casu licito nō posset vti gladio tēporali nisi prius vtatur gladio spūali: tamē hoc cōmuniter reprobatur p Inno. Hosti. ⁊ alios doctores ī dicto. c. dilecto: ⁊ dicunt q̄ idē est dicendum de eis quod de secularib⁹ iudicib⁹: ita q̄ quilibet plātus iurisdictionez habens tēporalē cōtra inobedientes subditos licite mouet arma: vt patz exp̄sse. xv. q. vj. c. auctoritatē cuius ē ratio quia tunc ppie nō dicit fieri bellum p plātum sed potius iusticie vel iuris executio. ff. de rei ven. l. qui restituere: qō est tm dicere: q̄ iuris executio non habet iniuriaz. Similiter epi cum sint executores canonuz: vt de offi. or. c. j. ideo licite mouere possūt bella cōtra hereticos vl infideles. xxiij. q. vij. ca. si ō reb⁹: vide textū extra ō hereē. c. excōicam⁹: similiter ꝯ insidiantes vel insequentes hostiliter cardinalem: vt li. vj. de penis. c. felicē: quia tales sunt diffidati a iure quasi hostes ⁊ rebelles iuris. Et idē sentiendū ē de quolibet qui haberet ipius iuris executionem exercere: imo forte ⁊ quilibet pūat⁹ dūmodo pcedat declaratio sui iudicis: q̄ declaratio ī criminib⁹ ecclīastic ē necessaria ab ipo fiēda: vt ptz li. vj. de hereē. c. p̄sidētes. c. vt inq̄sitionis. §. phibemus: sic in qualibet confiscatione vl pena pecuniaria seu bonoz apphensiōe facta a iure: nō debet executio fieri: nisi precedat iudicis

declaratio: vt voluit Jo. an. post archiõ. li. vj. de penis. in. c. felicis. Secundo vero ꝓsideranda est ꝑsona que auctorizat: nam si indicit bellum cõtra subditum ꝓpter rebellem ⁊ cõtumacem: in non cõparẽdo vel iustis mandatis nõ parẽdo: que tamẽ ad ipius iurisdictionẽ ꝑtinent: tunc licita est diffidatio ⁊ licitũ bellum dũmodo iurĩ ordine hec fiant. Si vero cõtra subditũ alterius tunc iudex qui vult bellũ indicere: ꝓmo debet requirere iudicẽ talis rebellis ⁊ de eo iusticiã petere: ⁊ tene si suus iudex non facit iusticiam potest bellum indicere ꝟm Jnno. xxiij. q. ij. c. domin⁹ deus. Si vero non sit iudex qui de tali possit iusticiam facere tunc licz tali iudici bellũ indicere in ris auctoritate: nec mirũ: quia posset etiaz priuatus auctoritate ꝓpria ꝶ casu rem suã recupare. C. ꝺ iudeis. l. iudei. ⁊. l. nullus: multomagis hoc põt cõtra subditũ ꝓpriũ: licz melius faceret si ipe ⁊ subditus cõmitterent causam iudicio arbitroꝝ: vt. xj. q. j. si clericus. Jtem oportet q ꝑsona mãdãs habeat iustam mãdandi auctoritatẽ: ⁊ talis ẽ ꝑncipaliter deus: ideo si diuino mãdato bellum geritur hoc sine dubio iustũ esse decernitur: in quo bello ductor exercitus vel populus: non tam auctor belli q̃ minister iudicãdus est. xxiij. q. ij. c. dominus de⁹. Jtem papa potest indicere bellũ iustũ cõtra hostes fidei hereticos et alios rebelles: vnde dicit. xxiij. q. viij. c. dispar Mirũ ẽ iudeorũ et saracenorũ causa: in illos enĩ qui christianos ꝑsequunt ⁊ ex vrbibus ⁊ ꝓpriis sedibus pellunt iuste pugnatur: vbi tamen dicit glo. q lex dicit eis quiete degentibus nullam debere facere molestiam: vt. C. de sacrifi. paga. christianis. Similiter quãdo sui subditi oꝑimũtur in iuuantib⁹ ⁊ violentis iuste bellũ infert: vt expresse patet. xxiij. q. viij. c. scire. Sic imperator indicere potest bellũ: vnde dicit Jnno. in. c. olim causam: extra de resti. spo. q princeps sine auctoritate homĩs cui non subest. ⁊ sine auctoritate iuris cui nõ astringitur mouet bellum ⁊ subdit: bellum autẽ ꝟm q ꝓprie dicit solus princeps qui superiorem non habet indicere põt. Q autem dictuz est de papa ⁊ imperatore q eorum edicto iustum est bellum: sane intelligitur: si iusticiam habent pro parte sua: si enim inberent mala vel iniusta: nõ eẽt eis obediendũ: vt dicit Augu. xj. q. iij. c. non semper. ⁊. c. si dominus. Preterea si ecõtra bellum indicit a persona priuata vel inferiori cõtra superiorẽ: hoc absurdum ⁊ iniustum est siue offendendo siue defendẽdo: q si superior iniuste vexat subditum: tunc licz ꝓpter bonum obediẽtie subditus melius faceret humiliter obediendo vel patienter sufferẽdo: iuxta illud apostoli. Non vos defendẽtes charissimi sed date locuz ire: ⁊ hoc si superior iniuriam faceret ꝑsone. Si vero rebus tunc melius esset dimittere pallium post tunicam: ⁊ rerũ sustinere iacturam: q̃ pro rebus transitorijs conseruandis tam acriter in alios exardescere: tamẽ quia hoc est consilij: dico q talis cõuenire potest suum superiorẽ et querelã deponere coram superiore sui superioris vel coꝝã episcopo: q si alter superiorem non habeat vel recognoscat: vel etiam inuanũ cõquireret episcopo vl alteri: tũc puto q violenter poterit ei resistere: quia hoc est se defendere: vt est exp̃ssum in li. feudorum: de mi. va. qui cõtumax est. c. vno: in fi. vbi dicit textus: q si dominus militi vasallo iusticiam facere noluerit: vasall⁹ dominuz põt derobare. id ẽ depdare. Ceterũ si vnus dominus vel priuatus mouere vult bellum cõtra alium dominũ vel priuatuz qui mutuo non sunt subditi: tunc si hoc fit contra habentem vel recognoscentẽ superiorẽ debet prius requirere a supiore illius q ꝺ tali subdito sibi mistret iusticiã q̃ denegata licite mouere potest bellũ ꝟm Jnno. ⁊ Jo. an. in. c. dilectis: de appel. alioquin si non prius iusticiam requireret: tunc inferens tenerẽt ad damna ⁊ expensas passo bellũ quia sibi ipi non potest ius facere nec eẽ iudex in causa ꝓpria: ĩmo actor debet sequi forum rei: vt ꝺ fo. compe. c. j. ⁊. ij. hoc vult etiam Jnno. Hostiẽ. Jo. an. ⁊ alij. in dicto c. olim. Si vero cõtra non recognoscentez superiorẽ sed tamẽ stare paratum iuri vel iudicio arbitrorũ vel bonoꝝ virorũ: habentem etiam iniusticiã ꝑ se: nõ debet tali indicere bellum: quia bellũ tm̃ debet esse necessitat⁹: vt ptz. xxiij. q. j. c. militare: ꝶ vbi nõ vult stare iuri nec cognoscit superiorẽ: licz de honestate anteq̃ fieret bellum iniurians requiri deberet: ex hoc tm̃ si inferre volẽs iustã habet causã iuste infert: nã i ꝶ casu q̃s licite res ꝓprias aũcte ꝓpa capit: ⁊ si illas recupare ñ poterit alias loco suarũ poterit: vt ptz ꝑ doctores ĩ dicto. c. olim. Et Hosti. l. c. j. de treu. ⁊ pace: dicit q in ꝶ casu licitum ẽ aduersarium depredari. Et

similiter quãdo dominus vel ciuitas req̃sita denegat ꝺ suo subdito facere iusticiã. Hic incidentaliter queri põt: quid de capto: q̃ ꝓmisit vel iurauit ad carcerẽ reuerti: ⁊ si reuertitur scit se moziturũ: an teneatur reuerti. Solutio in cle. c. pastoralis: de re iudi: in glo. ꝑ hanc: dicit captiuũ non teneri ad redeũdũ in vincula si iniuriose tenebatur: vel si esset dubium: tamẽ ꝓsulendum esset q adiret papam ꝑ relaxatiõe iuramenti: sed si moꝝ vel captura nõ eẽt iniuriosa: tunc nõ posset eam fugere sine periurio sed reuerti tenerẽt: sed ante capturã fugere põt: licz se cognoscat reum crimĩs: qz non est iure cautũ q sponte se debeat directe vel indirecte offerre supplicio: ꝶ potius reseruare diuino iudicio q̃ vlciscit nõ punita ĩ hoc seculo. Deniq̃ queri potest vtruz acquisita vel capta in bello retineri possunt quasi ꝓpria: vl teneat quis ad restitutionem. Ad hoc dicendũ q mouens bellũ iniuste: tenet ad restitutionẽ omniũ que ꝑdita sunt in bello ꝑ quacũq̃ ꝑte sint ꝑdita: quia talis censet ꝑdo vel latro. ff. ꝺ capt. l. hostes: et primo tenet aduersarijs de omnib⁹ damnis illatis: secũdo tenetur suis ꝓpriis hominib⁹ de dãnis que recepe runt ab aduersarijs qui iuste repugnabãt si ipi ꝓprij homĩes eum iuuenerũt bona fide: aut si fuerũt inducti eius cõsilio timore vel coactione ⁊ de se non erant facturi: Nam regula iuris ẽ: qui occasionẽ damni dat: damnũ dedisse videt: secus si mala fide iuuerũt eum: in quo casu nullã habent cõtra ipm actionẽ. Si vero mouet bellum iuste: facit suum quicq̃d capit ab hoste vel auxiliatorib⁹ eius siue subditis siue alijs quousq̃z sibi sit satisfactũ de omni damno ⁊ laboze ⁊ ope tam sui q̃ suoꝝ: vl donec se hostis offerat ad ius et satisfacere velit. xxiij. q. vij. c. si de rebus: verũtamen vltra hoc non debet recipe: nisi forte talis esset hostis q ꝓpter heresim vel ꝓpter aliud hmõi bona sua essent ꝑ edictuz publicata. Q si obijcit res capte nõ sunt solute ꝑ debito: sed ĩ bello iuste quesite. di. j. ius gẽtiũ. Ad hoc dicendũ q saltẽ iure poli non posset hostem in iudicio ꝓuenire nec vltra estimationẽ damnorũ illatorũ a patiente iuste bellũ vel iniuriarũ illatarũ inferens bellũ possit exigere: vl vltra ꝑdicta exacta in bello ꝑseuerare: quia nõ debet quis duplici pena ꝓteri. Et li. vj. de re. iur. bona fides non patit vt semel exactũ iterũ exigatur: ⁊ si ponat q adhuc non sit habita res ꝓpter qnã fuit inchoatũ bellũ: dico q estimatio succedit loco rei. Subditi vero bellantiũ iniuste si tali bello non ꝑstant dñis ꝓsilium: auxiliũ vel fauorem: nõ sũt spoliandi vel in aliquo puniendi: qz peccata debent tm̃ actores tenere: vt ex̃ de his q̃ fi. a ma. pte ca. c. quesiuit: vbi dicit: peccata suos actores tenere debeãt: nec pena sit vlterius ꝓtrahenda q̃ delictum fuerit in excedente reptum: vide tamẽ ibi glo. Nõ vex est etiã si dñs ꝑdictoꝝ in ipo iniusto bello vtat rebus ipoꝝ eis ablatis: similiter nõ sunt spoliãdi clerici: religiosi: pueri: peregrini: mercatores: rustici euntes ⁊ redeuntes ⁊ in agricultura existẽtes: et animalia quibus arant ⁊ semina portãt: vt extra de treu. et pa. c. innouam⁹. xxiiij. q. iij. si quis romipetas. Iterũ queri põt: vtrũ aliquẽ ꝑncipem vel dñm in bello iuuantes: excusant a crimine. Ad hoc dicendũ: q si constat bellum esse iustum: tunc si in ꝑstando ꝓsilium vel auxiliũ non excedant: licite iuuare possunt: qz regula iuris ẽ: qui facit ꝑ aliũ est pinde ac si faciat ꝑ seipm. li. vj. Et iterũ: põt quis ꝑ alium q̃ pot facere ꝑ seipm: si tm̃ fuerit tales ꝑsone que licite possent arma exercere. Si vero bellũ ꝓstat esse iniustum: tũc non excusant adiuuantes: etiã si fuerint subditi q̃ hoc facerẽt de mãdato dñi sui: ⁊ tenent restituere damna q̃ intulerunt: qz plus debẽt timere deum q̃ hoĩem: ex̃ de iureiur. c. sicut. iij. Si deniq̃ dubiũ ẽ: vtꝝ bellũ sit iustũ vel nõ: tũc si tales iuuantes sũt subditi illi⁹ bellũ mouentis: ⁊ credunt illũ quẽ iuuant habere ⁊ fouere iustũ bellũ: tunc excusant ꝓpter bonum obediẽtie: sicliter ⁊ in dubio excusãt: vt patz expresse. xxiij. q. j. c. q̃d culpat: in fi. verũtamẽ milites stipẽdiarij ex̃nei vl cognati aut amici iuuãtes q̃ non sũt subditi: ĩ tali casu nõ excusant: nec debent in dubio se cõmittere discrimini vt iuuẽt aliquẽ in ꝑiudiciũ alterius. Q si obijcit ꝺ aduocato quem excusat bona fides: q̃diu credit esse iustam causam quã fouet: lz in veritate sit iniusta: dicendũ q nõ est simile: qz est ibi iudex supior qui causã examinat et iudicat de allegatis. In bello vero in virib⁹ corꝑalib⁹ negociũ agit: nec ꝑ rationẽ diꝑjudicat. De restitutione vero facienda ꝓpter damnũ iniuste illatum: aut homicidiũ iniusto patratũ: vide plenissime ĩ septimo ꝑcepto. Ad laudem dei.

De q̃tuor peccatis ad deum ꝓ vindicta clamãtib⁹: q̃ sunt fratricidiũ: sodomia: oppressio ⁊ mercedis detentio: Sermo V

Non occides Exo. xx.

Cõgrue satis restat nunc videre de peccatis ad deũ ꝓ vindicta clamantib⁹: q̃ sunt p̃cipue q̃tuor: sicut ĩterp̃tatiue quadruplex genus homicidij corpalis distingui põt: ⁊ his versib⁹ notari solent. Clamitat in celis vox sanguinis et sodomorum. Vox oppressorum merces detenta laborꝫ. Dicũt autẽ ista peccata ad deũ clamare ꝓ vindicta: q: suis enormitatibus deũ potissime ad vindictam ꝓuocãt vt patebit inferi⁹ p singula. Primũ igitur peccatũ pro vindicta ad deũ clamãs ẽ fratricidiũ quod als vocat homicidium: de quo habet Heñ. iiij. ⁊ magister in historijs dicit: q̃ Abel fuit pastor ouiũ: ⁊ Cayn agricola: post mltos ergo dies obtulerũt dño munera: credit enĩ Adam in spũ docuisse filios vt deo offerrẽt decimas ⁊ primicias. Cayn ergo obtulit de frugib⁹ terre deo sed ŏ peiorib⁹ ⁊ corrosis: vt dicit lyra. Abel aũt obtulit de p̃mogenitis gregũ sui ⁊ adipibus eorꝫ. id ẽ de pinguioribus: ⁊ ꝟm Josephũ obtulit lac et primogenita agnorꝫ: ⁊ respexit dñs ad Abel. id ẽ ad bonitatẽ ⁊ intentionẽ ipius: ⁊ p cõsequẽs ad munera eius: q: tales oblationes nõ erãt accepte deo ex seipis sed ex bonitate offerentiũ. Ad Cayn aũt ⁊ ad munera ei⁹ non respexit: munera nãq; ex auaricia homĩs nata deo non placuerũt: q: plus ꝓbat dñs intentionẽ q̃ actionẽ: plus volũtatẽ q̃ facultatẽ. Q̃ si queritur quõ respexit dñs ad Abel ⁊ ad eius munera. Rñdet trãslatio Theodotiõis: q̃ inflãmauit deus sup Abel ⁊ sup eius munera: ignis enĩ de celo oblationẽ eius incẽdit: vt legit factuꝫ Helye in carmelo. iij. Reg. xviij. ⁊ sub Moyse Leui. xix. ⁊ sub Gedeone Judicũ. vj. Iratusq̃ est Cayn vehementer ⁊ ꝯcidit vult⁹ eius p̃ verecundia: minorem sibi p̃latũ videns. Cetera patent vsq̃ ibi: quid fecisti: Vox sanguinis fratrĩ tui clamat ad me de terra: nunc ergo maledictus eris sup terram. Et Cayn p̃ timore damnans se ac desperãs rẽspõdit: Maior est iniquitas mea q̃ vt veniam merear ꝛc. et posuit domin⁹ signum in Cayn tremorẽ capitis ⁊ omniũ membrorꝫ: ⁊ sic scĩẽter a domnio punitus ⁊ excõmunicat⁹ et indignus misericordia nõ interficerẽt: in faciem tamen ei⁹ ꝟm q̃dam speciale signum impssit ⁊ hoc in fronte vt cognosceret ab omnib⁹ innocentem fratrẽ occidisse: ⁊ sic hominib⁹ abominabilis redderet: sic etiam sepius cõpertũ est: q̃ homicida p̃sente occisi vulnera fluxum sãguinis renouabãt: velut occulto dei iudicio vindictam expetendo: verũtamẽ beatus ille q̃ passus iniuriã ꝓ dei amore eo misericorditer indulget. Hinc incidenta liter queri põt: vtꝫ inimico petenti veniã teneamur remittere non tm̃ rancorem sed etiam emendã: p̃sertim cum dicat Leuit. xix. Nõ queras vltionẽ nec memor eris iniurie ciuiũ tuorꝫ: nimirũ cũ maius est se nõ defendere: q̃ petenti veniã emendã remittere. Sed dicit apls ad Roma. xij. Nõ vosmetipos defendentes sed date locum ire. Et Matth. v. Si quis te pcusserit in vnaꝫ maxillã p̃be ei ⁊ alteraꝫ. Ad hoc respõdet Rich. sup. iij. di. xxx. q̃ inimico petenti: et si teneat hõ remittere signum rãcoris: q: rancorẽ tenet remittere etiã non petenti: nõ tamẽ tenet remittere satisfactionem seu emendã ꝓ iniuria sibi facta: sed ꝓ illa sibi de iure cõpetit actio in iudicio ꝯra iniuriantem: nisi forte sit homo talis stat⁹ seu obligatione tali ligatus: rõne cuius in iudicio sibi non ꝯuenit emẽdã requirere: alijs aũt ḋbus cõpetit repetitio: solum ex p̃cepto interdicit actio cõtra iniuriantẽ q̃ fit zelo vindicte: nõ autẽ que fit zelo iusticie: quia q̃tum ad primuꝫ est p̃ceptum: q̃tum autẽ ad scoꝫ est consliũ: qõ est superogationis ⁊ non necessitatis: tenet tamẽ iniuriantẽ non excludere ab oratiõib⁹ q̃s fundit pro fidelib⁹: ⁊ non negare cõmunia signa charitatis: ⁊ in casu necessitatis tenet etiam illi tpaliter subuenire si põt sine alterius p̃iudicio cui magis obligat. Secũ dũ vero peccatũ ad deũ clamans ꝓ vindicta est vitiũ sodomiticum: ŏ quo habetur Heñ. xviij. dicente dño: Clamor sodomorꝫ ⁊ gomorreorꝫ multiplicat⁹ est: vbi dicẽ Gregorio. q̃ nouitas tante ⁊ tã inaudite turpitudinis q̃si admirationem ⁊ dubitationẽ parit in audiẽte: vnde dñs q̃si admirãs ⁊ dubitans sup tãto scelere ĩtroducit loquẽs. Descendã ⁊ videbo: q̃si diceret incredibile mihi videt humanã naturã ad tantũ deuenisse flagicium: nam intantũ exarserũt

concupiscẽtijs q̃ ⁊ angelis scelere tam inaudito aduti volebãt. Quod aũt sequit: ⁊ peccatũ eorꝫ aggrauatũ est nimis: dicũt sup hoc doctores hebrei: q̃ ista aggrauatio fuit ex eo q̃ quãdã puellã insolita morte occiderũt eo q̃ alimẽta dederat pauperi: ⁊ hoc cõsonat dicto Ezech. xvj. vbi dic: Viuo ego dicit dñs: quia nõ fecit sodoma sororꝫ tua et filie eius sicut fecisti tu et filie tue: ecce fuit iniquitas hec sodome sororꝫ tue: superbia: saturitas panis ⁊ abundantia scz diuitiarum: ⁊ luxuria ⁊ ocium ipi⁹: ⁊ manum egeno ⁊ paupi non porrigebãt: tu tamẽ o ingrate christiane peiora quotidie ppetras: qui post accepta tam manifesta veritatis documẽta tam infinita charitatis insignia: post effusum christi sãguinem inflaris: superbia illaquearis: auaricia cõmessationibus vacas ⁊ ocio: nec est qui pupillis christi marcescentib⁹ inedia misereat: vt Mat. x. christus dicat. Amen dico vobis tolerabili⁹ erit terre sodomorum ⁊ gomorreorꝫ in die iudicij: q̃ illi ciuitati que nõ recepit vos scz pauperes meos. Cõperto igitur scelere tam nephando pluit domin⁹ sup eos ignem ⁊ sulphurem: ⁊ ꝓ vindicta criminis subuertit omnẽ circa regionem nõ solũ reos sed ⁊ puulos eorum ac iumẽta: necnõ terrenascẽtia ⁊ ipaꝫ terram cõsumpsit et cõuertit in mare mortuum: vnde quasi de igne infernali sũpta est illa vindicta qui nõ poterat expectare ꝓpter inauditũ scelus donec cetera peccata punirent: dicit aũt mare mortuũ: quia ꝟm magistrum in historijs: nec pisces nec aues in eo viuũt nec aliquã materiã sustinet nisi bituminatã: nam omne carens vita submergit: ⁊ ecõuerso si quid viuũ aliq̃ arte submerseris superiilit adeo vt lucerna ardens supnatat que extincta mergit: quia nihil viuũ in eo submergi potest. Refert enĩ Josephus q̃ Vespasian⁹ hoc experiri volens quosdã manib⁹ post terga vinctis iussit in altum maris p̃iici: ⁊ oẽs tãq̃ vi spũs sursum depulsi desup fluitabant: vnde in detestationẽ criminis fetor maris huius est horribilissim⁹ quasi p̃nunciũ fetoris infernalis apte se declarãs terra ꝓ inde circũiacens particeps maledictiõis huius: arbores quidẽ profert pomiferas: quarum poma licz ad maturitatem deducta pulcherrima videant: si tamẽ incidas fauillam intus inuenies: que omnia ⁊ multa similia in detestationeꝫ huius peccati a deo sunt inflicta: vnde ⁊ vxor Loth retrospiciens in statuã salis versa est: vt sic ostederet domin⁹ quantũ et displiceat peccati huius sola memoria: et in hoc quidem genere peccati computant omnia peccata cõtra naturam que scz repugnant ipi ordini actus venerei qui cõuenit humane speciei de quib⁹ videbat in. vj. p̃cepto: omnes enĩ qualitercũq̃ vitia cõtra naturã ppetrãtes ex quibus scz ꝓles sequi nõ potest hostes sunt ⁊ aduersarij dei: destructores q̃ generis humani: quia deus creauit homĩes vt multiplicent sup terram: ⁊ isti dant operã vt pereat opus dei: hinc est q̃ specialit clamat ad dominuꝫ ꝓ vindicta: quia vt dicit Augu. ꝓ illud violat societas que nob cũ deo esse debet: cum eadẽ natura cuius auctor ipe est libidinis puersitate polluitur. Dicit etiã Augu. q̃ videẽs deus vitiũ contra naturã ĩ humana natura fieri: fere desijt incarnari: cui⁹ etiã vindicta patz Heñ. xxxviij. vbi dicit: q̃ Her primogenit⁹ Jude neq̃ fuit in conspectu domini: vnde dicunt doctores hebrei: q̃ ad vxorem suam afficiebat libidinose: ⁊ ideo precauebat ne impregnaret fundens semen extra vas debitũ: ne scz ex impregnatiõe eius pulchritudo minueretur aut eius cõcubitu ad tẽpus frustraretur: ⁊ ideo diuino iudicio iuxta eam inuentus est mortu⁹: vt dicit glo. Similiter ⁊ frater eius fundebat semẽ super terram eo q̃ primogenit⁹ filius asscriberetur fratri defuncto non sibi: ⁊ ideo p̃cussit eum domin⁹ et mortu⁹ est: sic pereũt ineternũ libidinosi peccatores a facie dei: qui contra naturam peccantes nature auctorem impugnant. Omnis nanq̃ libidinosa pollutio procurata quaꝫ ex suo genere vel modo susceptio ꝓlis sequi non põt: vitium cõtra naturam iudicat: multo tamen execrabilior ẽ inter illa resolutio que fit ĩ vitio sodomitico: quod vitium ꝓpter suaꝫ abominabilitatẽ apostol⁹ ad Roma. j. Vocat anthonomatice turpitudinẽ: naꝫ post peccatũ bestialitatis istud vitium abominabilius vel testabilius iudicat adeo q̃ ad hoc vitiũ p̃cauendũ antiqui p̃res reperiunt adulteriũ vl stupzũ q̃si nihil reputasse respectu istius vitij: obtulit enĩ Loth duas filias ẋgines ad publicũ stupzũ: vt impediret ꝗ vitiũ. Et ali⁹ q̃dẽ vt habet Judicũ. xix. obtulit filiã ẋginẽ dicẽs: Habeo filiã ẋginẽ ⁊ ꝗ homo habet ꝯcubinã ꝛc. ⁊ sequit: Tm̃ obsecro vt scelus hoc ꝗ natu-

ram non opemini in virũ. Mimirum cũ refert Methodius vitiũ hoc fuit causa generalis viluuij. Tertiũ ꝓinde peccatuz ad deũ ꝑ vindicta clamans est oppressio vel afflictio viduaꝝ ⁊ pupilloꝝ: ꝯtra quod dicit Exo. xx. Vidue ⁊ pupillo nõ nocebis: si leseritis eos clamabunt ad me ⁊ ego exaudiam eos ⁊ clamores eoꝝ. Et si queritur: que dicit vidua: dicẽdũ q̃ vulgari sermone illa vidua dicit cuius maritus mortuus est: vt ptz. xxxiiij. dis. c. vidua: ⁊ que desijt esse nupta: vnde et virgo vidua esse dicit. C. ō ver. sig. l. malũ. §. vidua: sed dicit magis ꝓprie vidua que suis vel parentũ opibus sustẽtari non põt: vt ptz. j. q. ij. c. sicut episcopũ. §. auctoritate: vbi subdit: viduas honora q̃ vere vidue sunt: que aũt non sunt vere vidue. id ē q̃ suis vel parẽtũ opibus sustentari possunt nõ recipiant: vt ecclesia sufficiat his que vere vidue sũt: ⁊ tales vidue vt patet ex hoc ab ecclia ꝓuideri debent quãtũ possibile est. Similiter et alij paupes ac ꝑsone miserabiles q̃ non habent als vnde sustentẽt: vt ptz. lxxxij. di. c. j. ⁊. ij. vnde rationabiliter dici põt: q̃ sb nomine vidue ⁊ pupilli ꝯtinent omnes ꝑsone miserabiles. Miserabilis ꝑsona vero dicit sup quã natura mouetur ad miserãdum: siue vir siue mulier paup: oppressus: debilis: infirmus vel desolat. Est etiaz ꝑsona miserabilis que causas ꝓprias administrare non põt: siue sit vidua: pupill: orphanus: cecus: senex: decrepitus: diuturno morbo fatigat ⁊ omnes quib natura mouet ad miserandũ ꝓpter iniuriã fortune licz etiam diuites sint: ⁊ tales etiam tenet defendere ⁊ adiuuare licz essent diuites. Hinc etiã viduis ⁊ pupillis ꝯcessit imperator magnũ priuilegiũ ⁊ earũ cause spectant ad iudiciũ ecclie: ⁊ ideo ministris ecclesie cõceditur: q̃ ꝑ se ⁊ ꝑ miserabilibus ꝑsonis defendẽdis ĩ iudicijs secularibus intendere possunt questionib: vt patz expresse. lxxxvj. di. c. puenit: ⁊ hoc est ex cõcilio calcedoñ. lxxxvij. di. c. desolatis. lxxxviij. di. c. j. Et extra de postulãdo. c. j. ⁊ vl. cũ glosis. Peccatuz igit oppressiõis taliũ miserabiliũ ꝑsonaꝝ clamat ad dominũ ꝓ vindicta. Mimirũ cum talib ꝑsonis in necessitatibus nõ subuenire mutuãdo vl ab eis debita cum nimia austeritate repetere iudicat esse peccatum ꝓ vindicta clamãs ad dominũ. Ortum aũt ad primuz ꝑcepit dñs Deu. xvj. dicens: Si vnus ō fratribus tuis ad pauptatẽ deuenerit: non obdurabis cor tuum nec cõtrahes manũ tuaz: sed dabis mutuũ quo eum indigere ꝓspexerit: caue ne forte tibi subrepat impia cogitatio ⁊ dicas in corde tuo: appropinquat septimus annus remissionis: in quo nõ licebit repetere debita vel mutuata nisi anno finito: ⁊ auertas oculos a paupe fratre tuo: nolens ei q̃d postulat mutuũ comodare: ne clamet cõtra te ad dñm ⁊ fiat tibi in peccatũ. Unde dicũt hebrei sup Ruth. j. q̃ ꝓpẽ famen que acciderat ĩ terra isrl multi pauperes currebãt ad elimelech virũ noemi: qz diues erat et potens: sed qz ꝓpter eius auariciã durũ illi fuerat paupib dare vel comodare: ideo ad euitãdas eoꝝ importunitates exijt de terra sua cum bonis mobilibus que habebat: ⁊ qz ꝓpter malaz causam exijt: diuino iudicio peregrin iterijt in egestate cum duobus filijs: vnde reuersa vxor eius Noemi ĩ terrã suã ait. Egressa sum plena scz filijs ⁊ diuitijs: ⁊ vacuam me reduxit dñs. Ortum etiam ad scõm dicit Exo. xxij. Si pecuniã mutuo dederis pupillo meo paupi: non vrgebis eũ quasi exactor. Lira: repetẽs debitũ cũ nimia austeritate q̃diu impotens est ad soluendũ: sequit nec vsuris vi opprimes. Ex q̃bus liquido patz q̃ creditor debitorẽ opprimẽs quem scit impotentẽ absoluendũ: ꝓmptũ tamẽ ad satisfaciendũ iudicio bonoꝝ grauissime peccat: nisi forte debitor absoluti onem negligenti agat: sua ludis ⁊ cõmessationibus ꝯsumens ac ocio vacans: ⁊ ad soluendũ quasi nullam curam adhibens: vnde ꝑdicti creditoris vt pauperẽ taliter opprimentis peccatũ ꝓ vindicta clamitat in celum: sic̃ responsum est cõquirẽtibus: Esaie. lviij. Quare ieiunauim ⁊ non aspexisti: hũiliauimus aiaz nostras ⁊ nescisti: Ecce in ḋ̃ in die ieiunij vr̃i inuenit voluntas vr̃a nõ mea scz illa q̃ omnes debitores vr̃os repetitis: ad hoc enĩ tũc vacabãt: eo q̃ vsqz ad noctẽ tunc ieiunabãt: sequitur. Ecce ad lites ⁊ ꝯtentiões ieiunatis scz cũ lite debita repetentes: glo. ibidẽ: qui repetit non habentẽ deo facit violentiã: ⁊ iõo subdit: vt audiat ĩ excelso clamor vester: nam omnis oppressio ꝓprimi clamat ad deũ vindictam: vt patz Exo. xxij. Si clamauerit ad me exaudiã eum qz misericors sum. Hinc dñs dicit Exo. iij. Vidi afflictionem populi mei qui est in egypto ⁊ clamorẽ eius audiui ꝓpter duriciã eoꝝ qui ꝑsunt opib

⁊ sciens dolorẽ eius descendi vt liberarem eum. Quẽ ingenua nobilitate Trayan ĩperator licet gentilis imitat est. Nam fm Helinandũ in gestis romanoꝝ: cũ Trayanus imperator equũ ascẽdisset ad bellum ꝓfecturus: vidua quedaz apꝗhenso pede illius miserabiliter lugens: iusticiã sibi fieri petijt: de his qui filiũ suum innocentem occiderant dicẽs. Tu auguste imperas: et ego tam atrocem iniuriã patior: cui imperator. Ego tibi satisfaciam cũ rediero: cui illa. Quid si nõ redieris? Successor meus inquit satisfaciet: ⁊ illa. Quid tibi prodest si alius benefecerit: tu mihi debitor es fm merita recepturus: ⁊ fraus est vtiq̃ reddere: nolle q̃d debet: successor tuus iniuriam patientib ꝓ se tenebit: nõ te liberabit iusticia aliena: nam bene agetur cum successore tuo si te liberauerit: his verbis mor imperator de equo descẽdens causam personaliter examinãs viduã condigna satisfactiõe cõsolatus est: vnde in foro trayano statua fuit posita rep̃sentans quomõ ĩ expeditione positus viduã liberauit: ⁊ in senatu clamatũ est nõ alterfelicior Augusto nec melior Trayano Quartũ denq̃ peccatum ē detentio mercedis operariorũ iniusta: de qua dicitur Deut. xxiiij. Nõ negabis mercedẽ indigentis ⁊ pauperis fratr tui: siue aduene qui tecũ moratur in terra: ⁊ intra portas tuas ē: sed eadẽ die reddes ei pretium laboris sui ante solis occasum: qz paup est ⁊ ex eo sustentat animã suã: ne clamet cõtra te ad dominũ ⁊ reputet tibi in peccatũ. Et si q̃ris in quale ⁊ inq̃ enorme peccatũ reputabit. Respõdet sapiens Eccl. xxxiiij. Qui effundit sanguinẽ ⁊ qui fraudem facit mercẽnario fratres sunt: qz ambo sunt peccata vindictã ad deum clamantia. Dicit enĩ Jacobi. v. Ecce merces operariorum vestrorũ qui messuerũt regiones vestras q̃ fraudati sunt a vobis clamant: ⁊ clamor eoꝝ in aures domini sabaoth introijt. Et dicit notãter q̃ merces clamãt nõ mercẽnarius: qz plerũq̃ paup lesus iniurat vel a mercede fraudatus: nec mutire quidẽ audet pre timore diuit: ⁊ ex eo clamor mercedis efficit violẽtior: sicut patuit de filijs isrl in laboze luti ⁊ later ne quiter oppssis ab egyptijs. Et si queritur: an nõ liceat protrahere solutionẽ in crastinũ in casu q̃ tũc certitudinaliter solueret. Ad hoc respõdet dñs Leui. xix. Nõ morabitur opus mercẽnarij tui apud te vsqz mane. glo. merces scz qua forsitan viuit cum vxore sua ⁊ filijs ⁊ parẽtib: si deferet defiet vict ⁊ si in crastinũ recipit vim tũ ⁊ calumniã pertulit: quia interim vnde viueret nõ habuit: hoc cõtra multos qui solutionẽ ꝓtrahunt nõ solũ de die in diem sed etiã de anno in annũ: ĩmo plerũq̃ tandem vl debita negant vel q̃d peius ē sibi seruientibus falso crimine imponũt vt hac occasione solutionẽ debitã subterfugiant in futurum damnationez multiplicem recepturi. Ad laudẽ dei omnipotentis.

De peccato criminali: originali: actuali: mortali ⁊ veniali: Ser VI

On occides Exo. xx.

In precedentibus expediti de homicidio corporali: quod opere vel manu committit. Jaz ordine debito ꝓsequendum de homicidio spũali scz ipius anime: q̃d in se vel etiã in ꝓximo cõmittit. In ꝓximo quidẽ ꝓ peccatum manifestum q̃d scandala suscitat pusillorũ. In se vero per quodlibet pctũ mortale siue occultũ siue manifestũ. Ad ꝓsequẽdũ igit primo homicidiũ spirituale q̃ vnq̃ quisq̃ peccator in seipo cõmittit: sciendus est q̃ peccatũ est idem q̃d prau actus. Delictum vero boni desertio quasi derelictũ: qz dicit Aug. in q̃stionib leuit. q̃ declinare a bono delictũ ē: facere vero malum pctũ est. Indifferenter tamẽ ⁊ pctũ nomine delicti ⁊ delictũ nomine peccati appellatur. Hic ergo q̃rit potest que sit differẽtia inter criminalia ⁊ mortalia: cum vtrũq̃ sepius in scriptura sacra inueniat. Ad hoc breuit dicẽdũ: q̃ ē differẽtia inter ea sicut inter genus ⁊ speciẽ: nã q̃cunq̃ pctã sunt criminalia sũt etiã mortalia: sed non econuerso: multa nãq̃ sunt mortalia q̃ nõ sunt criminalia: qz nõ inducũt decapitationez: depositionẽ: exiliũ: vel detrusionẽ in carcerẽ: licet etiã omne peccatum mortale vocatur quodãmodo crimen: proprie tamẽ crimen est graue pctũ accusatiõe ⁊ dãnatione dignissimũ: vt dicitur. lxxxv. di. c. j. ĩ fi. Unde primũ pctũ criminale ē peccare ĩ fidem trinitatis. Secũdũ crimẽ ē pctũ contra naturã. Tertiũ ē homicidiũ. Quartuz ē crimẽ lese maiestatis. Quintũ ē sacrilegium cũ effractione violenta. Sextũ est incestus. Septimũ adulteriũ. Octauũ cõspiratio. Nonũ falsũ testimoniũ. Decimũ simo-

nia in ordine ⁊ beneficio. Undecimũ vsu/
ra. Omnia ista sunt criminalia maiora ac/
cusatione ⁊ damnatione dignissima. Alia
vero pctã nõ vocant recte crimialia: quia
nõ sunt capitalia licet sint mortalia: sũt em̃
dispensabilia sine discolocatione ecclesie:
hec archidia. xxv. di. c. alias. Verũtamen
nõ solũ criminalia sed etiã omnia morta/
lia mortẽ inducũt anime ipius operantis:
Infinita enim iacturã mortale pctm̃ ope/
ratur in homine: nam inter cetera offẽdit
deum ⁊ vniuersam ecclam triumphantẽ:
spiritussancti pignus aufert: mentẽ macu/
lat: obnubilat ⁊ charitate nudat: merita
mortificat: opera in mortali facta annihi/
lat: animã vita eterna priuat: ⁊ finalit dã/
nat ⁊ apostaticis spiritibus tam similitu/
dine q̃ reprobatione associat. Sed quia
duplex ẽ pctm̃ spiritualẽ mortẽ adducens
scz originale ⁊ actuale mortale. Primo q̃/
rit potest quid sit pctm̃ originale. Ad ꝶ di/
cendũ fm doctores q illud pctm̃ origina/
le dicitur qõ ab origine natiuitatis cõtra/
bitur: qz fm aplm. Oẽs nascimur filij ire:
⁊ cõtrahit ex Adam p carnẽ ꝓpagatam ex
eo: Nã dicit cõpendiũ theologie: q lz ani/
ma nõ sit extraduce: culpa tamẽ originalis
ab anima ade transit ad animas postero⁊
mediante carne p cõcupiscentiã generata:
sicut em̃ ab anima ade ipo adã peccãte in/
fecta fuit caro ade ⁊ effecta ꝓna ad libidi/
nẽ: sic caro seminata secũ trahens infectio
nẽ vitiat animas postero⁊. Ex quo patz q
originale pctm̃ est in carne ⁊ in anima: sed
in carne materialiter ⁊ originaliter: in ani
ma vero formaliter ⁊ tanq̃ ĩ subiecto. Di/
cit autẽ Inno. q originale peccatũ nõ ẽ fo/
mes nec ꝓnitas peccati: sed q̃dam aĩe ma/
cula fomiti annexa que delet ĩ baptismo:
sed quia fomiti est annexa ideo fomes vel
illa ꝓnitas aliquãdo dicitur originale pec
catũ: ⁊ fm hoc intelligit qõ ait Aug⁹. scz
q originale peccatũ reatu transit in baptis
mo sed actu remanet: qz macula que facit
hominẽ reũ eterne pene: transit vt de cete/
ro ratione peccati illius nõ sit astrict⁹ eter
ne pene: min⁹ tamẽ ꝓprie dicit idẽ pecca/
tũ actu remanere: qua remanet ꝓnitas ex
qua surgũt actuales cõcupiscẽtie. Qz si
q̃ritur: cũ xp̃s satisfecerit per passionẽ suã
p peccato primo⁊ pentum ⁊ plene: ex quo
originale deriuat ad posteros cur nõ fuit
sublatũ originale per mortem christi. Ad
hoc respõdet arch. de pe. di. j. c. serpens. q

cum Adã ⁊ Eua peccauerũt transgredien
do p̃ceptũ domini: oẽs eram⁹ in ipis origi
naliter vl seminaliter: ⁊ ideo quodãmodo
omnes peccauim⁹ ipis peccantib⁹: sed in
christo cũ satisfecit p peccato p̃mo⁊ parẽ/
tũ nõ eramus. ⁊ iõ p ipius satisfactionẽ il/
lud pctm̃ sublatũ nõ fuit. Et si q̃rit cur
originale pctm̃ imputet anime: cũ illud tã
tũ ꝯtrahat ex carnis corruptiõe. Ad hoc
quidã dicunt q ideo: qz aĩa cõdelectat ipi
carni: ⁊ ideo illi etiã imputat. Melius ta/
men dici põt q ibi q̃dam digna retributio
notatur: prius enĩ peccauit aĩa p̃mi paren
tis ⁊ ita corrũpit ipam carnẽ: ⁊ ideo modo
corruptio carnis corrumpit aĩam. Secũ
do q̃ri potest vtrũ peccatũ originale fuerit
grauius alijs peccatis mortalib⁹: p̃sertim
cũ pena culpe ꝓportionari debet: sed pctm̃
illud grauissime punitũ ẽ. Ad ꝶ respondz
Tho. scda 2ᵉ. q. clxiij. q in peccato duplex
grauitas attẽdi põt. Una q̃dem ex ipa spe
cie peccati: sicut dicim⁹ adulteriũ grauius
ẽ peccatũ simplici fornicatione. Alia gra
uitas peccati est que attendit fm aliquaz
circũstantiã loci: tẽporis vel persone: ꝶ pri
ma grauitas eẽntialior ⁊ p̃ncipalior ẽ pec/
cato: vnde fm eã magis pctm̃ dicit graue
q̃ fm aliã. Dicendũ ẽ igit q pctm̃ protho
parentis nõ fuit grauius oĩbus alijs pec/
catis humanis fm peccati speciẽ: qz liez su
pbia fm gen⁹ suũ habeat quãdã excellen/
tiã inter alia peccata: maior tamẽ ẽ supbia
qua quis deum negat vel blasphemat: q̃
supbia qua quis inordinate diuinã simili/
tudinẽ appetit: qualis fuit supbia primo⁊
pentũ: qui scz sunt inordinate supra suam
mensurã appetierũt diuinã similitudinez q̃
tũ ad sciaz bõi ⁊ mali sic serpẽs eis suggest
sit: vt. s. p ꝛtutẽ ꝓprie nature determiaret
sibi q̃d eet bonũ ⁊ q̃d malũ: ⁊ vlteri⁹ q̃tuz
ad ꝓriã ptãtẽ opandi: vt. s. ꝛtute ꝓprie na
ture oparet ad beatitudinẽ ꝯsequẽdã: ve/
rũtã fm ꝯditionẽ psona⁊ peccantiũ habu
it illud pctm̃ maximã grauitatẽ ꝓpter p/
fectionẽ status ipo⁊. vñ dicit Aug⁹. xiiij.
de ciui. dei. Magna fuit ĩ peccãdo iniq̃tas
vbi tãta fuit in nõ peccãdo facilitas: habe
bãt em̃ p̃mi pentes maximã ad nõ peccan/
di facilitatẽ: qz nihil habebãt intrinsec⁹ qõ
eos ad peccãdũ ĩpelleret ⁊ sugestionibus
diaboli sine oĩ difficultate resistere potuis/
sent: ⁊ sicut pctm̃ illud fm qõ fuit grauissi
mũ sed nõ simpliciter ac pene magnitudo
q̃ ꝯsecuta ẽ ad illud p̃mũ peccatũ nõ corre/

respõdet pctõ fm quãtitatẽ ꝓprie speciei:
sed inquãtũ fuit ex hoc interrupta primi
status innocentia: qua subtracta deordi/
nata est tota humana natura que tunc vir
tualiter erat in primis pentibus. Nam qz
primi parentes instituti fuerũt a deo: non
q̃si quedã persone singulares: sed sic q̃dam
p̃ncipia toti⁹ hũnane nature ab eis in po/
steris deriuãde: simul cũ beneficio diuino
p̃seruante a morte ⁊ alijs defectib⁹ corpali
bus ⁊ spũalib⁹: ideo p eo⁊ pctm̃ tota hũa/
na natura in posteros tali beneficio desti/
tuta: mortẽ ⁊ defectus multipharios ĩcur/
rit: insup ⁊ dãnationẽ eternã aĩe ⁊ corpis
saltẽ quãtũ ad penã damni. Tertio que/
ri põt de pctõ actuali mortali quãdo. s. pec
catũ dicit mortale ⁊ quãdo nõ. Ad hoc di
cendũ q pctm̃ mortale dupliciter cõtingit
fieri. Primo p accidens sicut ꝯscientia er/
ronea facit ibidẽ esse mortale pctm̃ vbi fm
se nõ erat mortale pctm̃ vel etiã nullũ pec/
catũ: ⁊ quã ꝯscia erronea plura dixisse me
mini in sermonib⁹ de trib⁹ ptib⁹ penitẽtie
in sermone secũdo de opibus misericordie
spũalis. Vel etiã ꝯtingit ibidẽ esse morta/
le p accidens ꝓpter scãdalũ pusillo⁊: qz lz
nõ sit fm se malũ tã hz speciẽ mali: ⁊ de ꝶ
videbitur in sermone seq̃nti. Secũdo fieri
põt aliq̃ pctm̃ mortale simpl'r ⁊ p se: ⁊ de
hoc ẽ p̃ns q̃stio. Ad quã rñdet Tho. scda
2ᵉ. q. xxxv. q pctm̃ ex hoc mortale dicitur
qz tollit spũalem vitã q ẽ p charitatẽ: nã il/
lud peccatum ex suo genere indicat mor/
tale qõ fm ꝓpriã suã rõnem charitati ꝯria
tur. Cõsiderandũ tã ẽ in omnib⁹ peccatis
q̃ sunt mortalia fm gen⁹ suũ q nõ sũt mor/
talia nisi quãdo suã pfectionẽ ꝯsequũtur:
per consensum rationis: quia si fuerit tãtũ
incboatio peccati in sola sensualitate: non
pertingens vsq̃ ad consensum rõnis: tunc
ꝓpter imperfectionẽ actus est peccatũ ve/
niale sicut in genere adulterij cõcupiscẽtia
que consistit in sola sensualitate est pecca/
tum veniale: sed cum peruenitur ad ꝯsen/
sum rationis: tunc est mortale. Et idem di
cendũ est de primis motibus ire vel inui/
die que reperiunt etiã q̃q̃ in viris perfe/
ctis: ⁊ sũt peccata venialia: vt dicit Tho.
ibidem. q. xxxvj. Quarto queri potest:
vtrum peccatum veniale possit fieri morta
le: p̃sertim cum dicit Augustin⁹ exponẽs
illud Io. Qui incredulus est filio non vi/
debit vitam: q peccata minima id est veni
alia si negliguntur occidũt: nihil autẽ oc/

cidit spiritualiter nisi peccatum mortale.
Ad hoc respõdet Tho. scda 2ᵉ. q. lxxxviij.
q peccatũ veniale fieri mortale: potest in/
telligi tripliciter. Uno modo sic q idẽ act⁹
numero possit prius esse peccatũ veniale ⁊
postea mortale: ⁊ hoc fieri nõ potest: qz pec
catũ p̃ncipaliter cõsistit in actu volũtatis
sicut ⁊ quilibet actus moralis: vnde nõ di
citur vn⁹ actus moralit si volũtas mutet:
q̃uis etiã actio fm naturã sit cõtinua. Si
autem volũtas nõ mutet nõ potest eẽ q ꝯ
veniali fiat mortale: quia peccatũ veniale
⁊ mortale sũt diuerse species peccati. Alio
modo potest intelligi q multa venialia cõ
stituant vnũ peccatũ mortale: ⁊ hoc etiam
fieri nõ potest: non enĩ omnia peccata ve/
nialia totius mundi possunt habere tãtuz
de reatu quantũ vnum peccatum mortale
nec quidẽ ex parte durationis qz mortale
habet reatũ eterne pene: peccatũ autẽ ve/
niale reatũ pene temporalis: nec etiã ex p/
te dãni: qz mortale meret carentiã visiõis
diuine: cui nulla alia pena cõpari potest vt
dicit Chryso. Nec denicq̃ ex pte pene sen/
sus q̃tũ ad vermẽ cõscientie: licet forte q̃/
tũ ad penã ignis nõ sũt improportionabi/
les pene. Tertio modo potest intelligi sic:
vt id qõ est veniale ex genere suo: fiat ali/
quando mortale: ⁊ hoc quidem est possibi
le scz inquãtũ ꝯstituit ĩ eo finis: vl inq̃tũ
refertur ad mortale peccatuz sicut ad finẽ:
licet ecõtra mortale nõ potest fieri veniale:
cuius ratio est: quia mortale ⁊ veniale dif/
ferũt sicut pfectũ ⁊ ĩperfectũ in genere pec
cati: impfectum autẽ per aliquã additio/
nem ad perfectionẽ venire potest: ⁊ sic ve/
niale per hoc q additur ei difformitas pti
nens ad genus peccati mortalis: efficitur
mortale: sic cũ q̃s dicit ꝛbũ ociosuz vt ali/
quã ĩcitet ad fornicationẽ: ꝶ id qõ ẽ perfe/
ctũ nõ põt fieri ĩpfectũ p additionẽ: ⁊ ideo
pctm̃ mortale nõ fit veniale p id q addit
ei aliqua deformitas ptinẽs ad aliq̃ gen⁹
peccati venialis: potest tamẽ id qõ ẽ ex ge/
nere mortale eẽ veniale ꝓpter impfectionẽ
actus vt prius dictũ ẽ: vnde breuiter actus
qui ẽ ex suo genere venialis quattuor mo/
dis fieri potest mortalis. Primo ex cõscie
tia erronea: qz q̃cquid fit ꝯ ꝯsciaz edificat
ad gehẽnã: si etiã fit ꝯ ꝯsciam erroneã: vt
diffuse patet in sermone. ij. de operib⁹ mi/
sericordie spiritualis in li. de trib⁹ ptib⁹ pe
nitẽtie. Et ꝶ ẽ rõ: qz cũ in pctõ sunt scz
auersio a bono incõmutabili: ⁊ conuersio

ad bonũ cõmutabile: penes primũ principaliter iudicat pctũ: qr illud est quasi forma le: ⁊ scõm quasi materiale. Hinc ē q ꝗuis leuare festucã de terra leue videat vel indifferẽs: tamẽ quãdo fit cõtra cõscientiam pctũ ē: qr sp ĩtelligit bonũ ĩcõmutabile: fitq; auersio a peccatore. Secũdo ex cõplacẽtia: dicit enim Aug⁹. q nullũ pctũ ē adeo veniale q nõ fiat mortale dũ placet. Signũ aũt cõplacentie mortale pctũ constituẽtis est quãdo tãtũ inberet tali venialiq etiã nõ dimitteret si mortale esset. Tertio pinde ex quadã dispositione: qr p frequẽtẽ lapsum in venialia disponit ꝗs ad mortale: ⁊ fm hoc intelligit illud Aug⁹. Vltasti grãdia videas ne obruaris arena. hoc eũ dicit: quia sepe de pctis minutis dũ nimis frequẽtant deuenit ad magna: sicẽ de modica scintilla quãdoq; surgit magnus ignis: sic eũ cõsuetudo venialiũ cadere facit ĩ mortale: ⁊ sicẽ ꝛsuetudo iurãdi cadere fac in periuriũ per occasionẽ: ⁊ fm hũc sensum dicit: de pe. di. j. c. tres sunt: vbi subditur: Illa vtiq; que humana fragilitate: ꝗuis parua tamẽ crebra surrepũt: si collecta circa nos fuerit: ita nos grauabunt et opprimẽt sicut vnũ aliqd grande peccatũ. Quid eũ interest ad naufragiũ: vtr vno grandi fluctu nauis operiat ⁊ obruat: an paulatim surrepẽs aqua in sentinam ac p negligẽtium culpã derelicta atq; contempta impleat nauẽ atq; submergat. Quarto deniq; ex ꝓgressu: qr quãdo insurgit veniale posset ꝓgredi ad mortale: nõ qr ipsũ veniale in substãtia fieret mortale: sed qr ex ipo occasionalit fieret mortale: p ꝛsuetudinẽ eũ semper crescere ⁊ libido peccati ⁊ cõtemptus dei. Quinto q̃ri pot: vtr ergo mortali debeat pena infinita: presertim cũ dicit Hiere. x. Corripe me dne: verũtamẽ in iudicio ⁊ nõ in furore tuo: ne forte ad nihilũ redigas me. Ira vero vel furor dei metaphorice vindictã diuine iustitie significat: redigi autẽ in nihilũ est pena infinita: sicut ex nihilo aliqd facere virtutis est infinite. Ad ꝗ dicẽdum fm Tho. ꝑma 2ᵉ. q. lxxxvij. q pena ꝓportionat peccato: in pctõ autẽ duo sũt: quo vnum est auersio ab incõmutabili bono qd est infinitũ bonũ: ⁊ ex hac parte pctũ ē infinitũ: ⁊ ideo p ꝛsequẽs pctõ debet infinita pena qr tũc pctõ correspõdet pena damni que ē infinita: vtpote amissio boni ĩfiniti. s. dei. Aliud autẽ qd ē ĩ pctõ ē ad cõmutabile bonũ inordinata cõuersio: ⁊ ex hac parte peccatũ ē finitũ: tum qr bonũ illud cõmutabile finitũ est: tũ etiam qr ipsa cõuersio finita ē: actus eũ creature nõ possunt esse infiniti: ⁊ ex hoc pctõ correspõdet pena sensus q etiã est finita fm quãtitatẽ nõ tamẽ fm durationẽ: ⁊ hoc ꝓpter tria. Primo quia licz pena pctõ ꝓportionetur fm acerbitatẽ: taz in iudicio diuino ꝗ̃ humano: sicut Aug⁹. dicit. xxj. de ciui. dei. In nullo tamẽ iudicio requiritur q pena adequet culpe fm durationẽ: sicut culpa adulterij vel homicidij momẽtanea lõga punit pena carceris exilij vel etiam mortis: in qua morte nõ cõsideratur occisiõis mora: sed potius q auferitur a societate viuentiũ: ⁊ sic suo modo repsentat eternitatẽ pene inflicte diuinitus. Secũdo quia duratio pene correspondere debet durationi culpe: culpa vero q̃tum ad actum licet nõ duret eternalit: tamẽ homo peccat in eterno suo: Dicit enim quis in eterno suo peccare: nõ solũ fm continuationẽ actus in tota vita hominis durãtis: sed quia ex hoc q finem in peccato cõstituit: volũtatem habet in eternũ peccãdi. Dicit eũ Greg. in. ij. moral. q tales voluissent sine fine viuere: vt sine fine potuissent ĩ iniquitatib⁹ permanere: ⁊ ideo iustũ est fm Grego. q qui ĩ suo eterno peccat cõtra deũ: in eterno dei puniat. Tertio vero quia duratio pene correspõdet durationi culpe: nõ quidem proprie ex parte actus q̃ temporalis est: sed ex parte macule que remanet nisi p penitentiã deleat: qua durãte remanet etiã reatus pene. Perseuerat autẽ macula donec volũtas ecõuerso se auertens a bono cõmutabili ad incõmutabile bonũ se cõuertat: q si qd abstit ĩ auersione tali moriat: tunc in auersiõe ꝑpetua reprobat⁹ obstinat: ac per ꝛsequẽs punit. Dicit eũ Tho. sup. iiij. di. xxj. q in illis q̃ damnant nõ potest aliqua culpa dimitti: nec aliquis reatus tolli: cũ charitate careant per quã ⁊ culpa purgat ⁊ reatus tollitur: ⁊ quia deus nec veniale pctũ dimittit sine mortali: ideo venialia pctã mortali cõiuncta puniunt etiam in damnatis eternaliter: etiam quãtũcũq; minima fuerit: etiã si ante pctũ mortale dimissũ fuisset veniale quantũ ad culpam manente reatu. Horũ ratio est: quia tria requiruntur ad purgationẽ culpe vel reatus in futuro scz gratia pena ⁊ voluntas: nam gratia habens adiutorium pene ⁊ cõsonantiam voluntatis:

Als creatore

potens ē purgare culpã ⁊ peccati scoriam: sed in dãnatis nõ ē gra: ⁊ eor voluntas ē in malo firmata: ⁊ sic pena culpã purgare nõ potest.

De scandalo tam actiuo ꝗ̃ passiuo quãdo est peccatum mortale. quando veniale. ⁊ quando nullũ: Sermo VII

On occides Exo. xx.

Aliq vtq; de diuersis modis detractionū: q̃ fieri pñt vel sine pctō vel cū peccato veniali tm̃: ꝗ ꝓsequ volumus de modis quib⁹ p detractionem mortale peccatū incurrit. Ad cuius euidentiā primo queri pōt: vtrū detractio sit vitiū distinctū a susurratione: ꝑsertim cū dicit Isiō. in li. ethymo. q̃ susurro ō sono locutionis appellat: q̃ non in facie alicui⁹ sed in aure loquit detrahēdo: ꝗ de altero loqui detrahendo ad detractionē ꝑtinere videt. Ad hoc respōdet Tho. scōa. 2ᵉ. q. lxxiiij. q̃ susurratio et detractio ī materia cōueniunt: ⁊ etiā in forma siue in modo loquēdi: q̃ vterq; malū de ꝓximo dicit: ꝓpter quā similitudinē vnū ꝓ alio interdū ponit: naꝫ sup illud Eccli. v. Nō appellet susurro dicit glo. id ē detractor: differunt tm̃ in fine vel intentione quia detractor ꝓprie famā ꝓximi ꝑ oblocutionē intēdit denigrare. Hinc illa mala ꝑcipue de ꝓximis ꝓferre querit: q̃bus ꝓximus possit diffamari: vel saltē ei⁹ fama minui: susurro vero ꝑcipaliter intēdit amicicia aliquo⁹ separare: dicē enī glo. sup illud Roma. j. Susurrones detractores deo odibiles: susurrones sunt inter amicos discordiā seminātes: detractores q̃ alio⁹ bona negāt vl mīnuūt: ex quo ptz q̃ susurro talia ꝓferre q̃rit de ꝓximo: quę ꝓtra ipm̃ mouere possūt aīm audientis: ꝗm̃ illud Eccli. xxviij. Vir peccator cōturbabit amicos: ⁊ ī medio pacem habētiū īmittit inimicicia. Inquātuꝫ igitur susurro dicit malum de alio dicitur detrahere: sed in hoc differt a detractore: q̃ non intendit simpliciter malū dicere ꝗ etiā quicq̃d sit illud q̃ aīm vnius contra aliū ꝑturbare possit: etiaꝫ si sit simpliciter bonū ⁊ tm̃ apparēs malū: inq̃tū alteri diſplicet cui dicit. Unde susurro ꝓprie dicit bilinguis: quia cū amicicia sit īter duos: susurro nitit ex vtraq; ꝑte amicicia rūpere: ⁊ ideo duab⁹ linguis vtit ad duos vni dicens malū de alio: ꝓpter q̃ dicit Eccli. xxviij. Susurro ⁊ bilinguis maledict⁹ cui⁹ causaꝫ addit dicens: multos enī turbauit pacē habētes. Crimīatio autē est vitiū ab his duobus distinctū: de quo dicit Leui. xix. Non eris crimīator nec susurro in populis: nam crimīator ē q̃ alijs publice imponit crimina vel accusando vel cōuiciando: quod non ꝑtinet ad detractionē vel susurrationē: ex dictis etiā ꝓludit: q̃ susurratio grauius est vitiū q̃ detractio: q̃ peccatū in ꝓximo tanto grauio⁹ est: quāto per ipm̃ ꝓximo maius nocumentū inferē: tanto vero maius nocumentū inferē: quanto maius est bonū q̃ tollit. Inter alia ergo bona exteriora ꝑmanet amicus: quia sine amicis nullus viuere possit: vt ptz ꝑ phm viij. ethic: ⁊ ideo dicit Eccli. vj. q̃ amico fideli nulla ē cōparatio: quia et ipa fama q̃ ꝑ detractionē tollit: ad hoc est necessaria q̃ quis idone⁹ ad amicicia habeat: ꝓpter q̃ etiam dicit Prouer. vj. Sex sūt q̃ odit dñs ⁊ septimū detestat aīa eius: ⁊ hoc septimū ponit euꝫ qui seminat inter fratres discordiā. Et si objcit q̃ detractor frequēter peiora dicit ō alio: vtpote simplicit mala: quia ex talib⁹ ozit infamia q̃ susurro q̃ non curat nisi dicere apparētia mala: quesc audienti displiceāt licꝫ quādoq; ꝗm̃ se bona sint. Ad ꝗ dicendū q̃ gratuitas peccati magis attendit ex fine vel intentione: q̃ ex materiali obiecto: et ideo rōne finis susurratio grauior ē: q̃uis detractor qñq; peiora dicat: eadē etiā rōne detractio que ex leuitate vel loquacitate ꝓlata ex obiecto materiali veniale peccatū esset: ꝓlata ex invidie liuore ad denigrandā famā alterius graue mortale iudicaret: cū enī peccata verbo⁹ potissime sunt ex intētione dicentis iudicāda: ⁊ detractio ꝗm̃ suā rationem ordinat ad denigrandū famā alterius: ille ꝓprie detrahit q̃ ad hoc de aliquo obloquitur eo absente vt eius famā denigret. Quod fieri pōt sex modis cū mortali peccato. Primo cū quis peccatuꝫ fratris verū ꝗ occultū indebito modo vel indebita intentione reuelat: sicut q̃dam illis reuelāt quib⁹ nulla rationabili causa reuelare cogunt: qui sesc querūt illū de quo reuelatū est potius infamare q̃ emēdare: in iusto modo ⁊ indebito ꝓcessu: vel si reuelant eo modo quo debent: nō tamē hoc faciunt ea intentione qua deberent: sicut nō nulli simulata ꝓscientia vel amore ficto: ꝑtensis gemitib⁹ veluti cōpassione vel dolore cōstricti: dicūt se reuelare mala fratris vt corrigant ⁊ instruant: cuꝫ tm̃ nullo istorum sed ꝓpria malicia vel inuidia moueātur: inter quos tm̃ pessime agūt: q̃ libellos famosos cōficiunt ⁊ ꝑjciūt: illos ꝑjcientes in ecclia in platea vel domo: quib⁹ inuentis alij ꝓtinus diffamant: q̃ nō peccāt solum mortaliter: sed etiam contra talium ꝓfectores ⁊ inuentores: nec statim destruentes ⁊ dolose publicātes institute sūt pene grauissime: vtpote ꝗm̃ canones flagellatio ⁊ excōmunicatio. v. q. j. vbi dicitur. c qui in alterius famaꝫ publice scripturam aut verba contumeliosa cōfinxerit: ⁊ rep̄tus scripturā nō probauerit: flagellabitur ⁊ q̃ eā pri⁹ inuenerit rūpat: si nōlvit auctoris facti cām incurrere: ⁊ ibidē ex concilio elibertano. c. hi qui. dicitur q̃ debēt excōmunicari tales libellos ꝑjcientes. ⁊. c. q̃dam maligni. vnde si ꝓstat q̃s fecerit: accusari pōt atq; deponi: cū sit peccatū accusatione ⁊ ꝓdemnatione dignissimū. xxv. dist. ꝗ. nūc aūt in fine. Porro ꝗm̃ leges ciuiles pena talū ē decapitatio: vt ptz. C. de famos libel. l. vnica. ⁊. v. q. j. dicit impator Vale. Si quis famosū libellū domi vel in publico siue in q̃cunq; loco ignarus reperit: aut corrūpat priusq; alter iueniat: aut nulli cōfiteat inuentū. Si vero nō statim easdē cartulas vel corruperit vl igni ꝓsumpserit sed vim earum dolose manifestauerit: sciat se quasi auctorē huius delicti capitali sententie subiugandū: hmōi autē libellus alterius opinionē nō ledat: hoc ibi. Unde quilibet de populo tales accusare potest: quin etiā accusator ꝑ modo ꝓsone accusate pecium ꝓstituitur vt si est seruus in libertatē transeat. ff. de iureiur. ꝗ. fi. ⁊. C. eo. ti. l. vnica. Ratio vero tante vidicte pōt ē: q̃ nisi talis detractor ad lucē ꝓducat: non potest ille ꝓtra quē libellum famosū cōposuit se legitime purgare: ac detractores de falsitate ꝓuincere: cum tamē multo plus nocere potest impia ⁊ falsa lingua detractoris: q̃ iusta ⁊ vera lingua proficere potest excusatoris vl laudatoris: ꝑsertim cū homines proniores inueniunt ad credendū ⁊ memorie cōmēdandū mala q̃ bona: sicut venenū semel sumptū plus ficeret q̃ thyriaca pluries sumpta remediū prestaret. Secūdo ꝗ cū quis pctm̃ iam reuelatum verbis malignis plus iusto aggrauat ⁊ augmētat: aliq̃d vltra veritatē apponēdo: sicut in loq̃cibus detractoriib⁹ frequenter ꝓtingi solet. vnde. ij Regū. xiij. dicitur q̃ cū Absalon in ꝓuinio interemisisset fratrē suū Amon: in vindictam stupri thamar sororis sue: statī fama peruenit ad Dauid regem: q̃ Absalon oēs filios regis occidisset nec vnus q̃dem remansisset: talis autē nō incōueniente musce cuidā graui simulat que tafan⁹ q̃ q̃busdam dicitur: que sub caudis iumentorū residet ⁊ pungēdo sanguinēq; sugendo se pascit: ⁊ iumenti carnes intumescere facit: sic detractor alio⁹ mala dilatat ⁊ fetida q̃bus perniciose se pascit. vnde dicit Eccli. xj. Ab vna scintilla auget ignis: et ab vno doloso auget sanguis: glo. i. mores hominū spūalis vl etiā interdū corporalis: sedtur. Homo enī pctō: sanguini insidiat. Tertio ꝓinde cū q̃s alteri falsum pctm̃ imponit ex ꝓpria malicia vl inuidia aut suspitione temeraria q̃ō est pessimū genus detrahendi: ⁊ ideo talis merito dici pōt vrceolus diaboli: plen⁹ aqua maledicta rancoris vl temerarie suspitiōis: cuius lingua demonis aspsorium facta ē: q̃ ex abūdantia cordis os loquit: ve illis qui tali male dicta aspergunt aqua si fidem dictis adhibent. Hac detractione mulier libidinosa Joseph innocentē ac castū incarcerauit quem false criminata ē apud virū suū. vt ꝑz Gen. xxxviij. Hac inq̃ ancilla maliloqua Sare virgini detraxit ⁊ improperauit q̃ esset interfectrix viro⁹ suo⁹: vt patz Tob. iij. Tales similant porcis qui nō flores ꝗ stercorū feces querunt: quibus dicit Sap̄. j. A detractione parcite lingue. q. d. si nō vultis pcere proximo saltē lingue ꝓprie parcite: ne trahatis illam ꝑ lutū vicio⁹: sicut porci ꝑ lutum stercorum. Unde tante vilitatis sūt hmōi q̃ nō solū deo sed etiam diabolo detestabiles redduntur: vtpote quo⁹ lingue vl opatiue vl pmissiue possunt dici abstersoria sordiū electo⁹: sicut dicitur Sap̄. xj. Qui stultus ē seruiet sapiēti. Quarto ira q̃ cū illud q̃ō in se bonū ē dicit intentione mala factū: de qualibet dicit Oros⁹. Sunt quidem homines similes pharisei: qui ō omī q̃ō vident malū iudicant: si q̃s vacat humilitati hypocrita ē: si recreationi gulosus est: si patientie timidus est: si iusticie īpatiens est: si prudētie maliciosus ē: si maturitate melancolicus flegmatic⁹ seu fantasticus est: si iocunditati dissolutus est: si religioni singularis est: si silētio ⁊ paci dissimulator est: si aliorū correctioni ꝑsuptuosus est: si vigilijs ⁊ orationibus indiscret⁹ est: si cōmuni dormitioni somnolētus est: si predicationi ⁊ aliorum saluti laudis appetitor est: si habet gratiā hominū adulator est: si adulari rēnuit superb⁹ ē: hec ille. Omnia nāq; peruertunt falso iudicio: sicut habet. ij. Regū. x. Principes filiorum Amon nuncijs a Dauid missis ad regem ꝓsolandum de morte patris detraxerunt:

puertentes puram Dauid ⁊ nuncioꝝ eius intentionē quorū dimidias barbas rasserunt ⁊ vestes vsq̃ ad nates detruncauerūt vnde secuta sunt multa mala: vt pz in textu: sic detractor dimidiam barbam radit vl potius eradicat: dum virilitatis medietatem sc̃z intentionis recitudinē detrahendo peruertit: dicēs a bono bonū mala intentione peractum: detruncat insup vestes vsq̃ ad nates: cum in eis detegit si q̃d pudibundū fuerit: sic Johanne baptista ieiunante dicebant: demoniū habet: sic ⁊ iesu comedente dicebāt: vorax est ⁊ potator vini. Quinto iam cognitū bonum alteri⁹ diminuendo: sicut dicēte domino. Nunquid cōsideraſti seruū meū Job q̃ nō sit ei similis in terra: protin⁹ diabolus respondit dicens primo: Nunquid iob frustra timet deum ⁊c̄. Secūdo vero pellē pro pelle ⁊c̄. sic q̃ neutrū ascribit diuine charitati que sola gratam reddit tam operātē q̃ operatū: sic Maria soror moysi murmurauit cōtra moysen audita eius separatione a thoro coniugali: vt patet diffuse in secūda sermone apostolorū festi Petri ⁊ Pauli. Sexto bonum alterius iam cognitū oīno reticendo cū illud esset manifestandum ad dei honorem vel ad ꝓximi edificationē: aut ad cōmunē iusticiā equitatem seu charitatem: sicut fecerūt milites qui resurrectionē domini nouerūt: ⁊ tamē ꝓpter acceptā pecuniā illa dolose ac perniciose tacuerūt: vt patet Matth. vlti. de quo vitio dicit Hilb. q̃ grauis ē rapacitas cū verā alterius gloriaz et si mendacio nō corrūpis silentio preteris: lumor enī priuatā excellentiā semp cogitās alienam obscurat: hec ille. Qualiter ī his obligatur quis ad restitutionē videbit̃ in tertio sermone septimi precepti. Hic queri potest de detractionē audientib⁹ vtrum sc̃z tantū peccāt quantū detractor: presertim cū Bern. dicat: q̃ detrahere aut detrahentē audire: quid horū damnabilius sit nō facile dixerim. Ad hoc respōdet Tho. scōa 2ᵉ. q. lxxiij. q̃ vt dicit̃ Roma. j. Digni sunt morte nō solū qui peccata faciunt: sed etiā qui peccata facientibus ꝓsentiūt: ⁊ ꝑ quidem fieri pōt dupliciter. Uno mō indirecte qū sc̃z aliquis non resistit detractori cum tamē resistere possit licet illi detractio displiceat: ⁊ hoc cōtingit vel ex timore vel ex negligentia vel etiā ex verecūdia quib⁹ retractus omittit repellere detrahentē: talis autē multomin⁹ peccat q̃ detrahens ⁊ plerūq̃ venialiter: potest tamē hoc eē q̃q̃ mortale: vel ꝓpter hoc q̃ incūbit audienti ex officio detrahentē corrigere: vel etiā ꝓpter periculum q̃ ex illa detractiōe sequi potest: vel etiā ꝓpter radicē qua sc̃z timor humanus potest eē mortalis: incōmutabili bono bonum ꝓponēs cōmutabile. Alio modo directe quādo sc̃z quis inducit aliū ad detrahendū vel saltē et placet detractio propter odium illius cui detrahitur: ⁊ talis nō minus peccat q̃ ille qui detrahit: ꝑ quandoq̃ magis ꝓpter maiorē delectationem vl maius odium. Hinc dicit Bern. ad Eugeniū: q̃ velle audire ⁊ detrahere quid horum damnabilius sit nō est facile diffinire. Rationē autē idemptitatis tāgit idem Bern. in li. de cōsideratione vbi ait: Detractor ⁊ detractionis libens auditor: vterq̃ diabolum portat: iste in lingua ille in aure ex quo patet q̃ tot demones in aures recipis: quot detractiones libēter audis. Hic ait Aug⁹. Nō accomodes aures tuas ad percipiendū verba detrahentis: ne accipias mortē in anima tua: Detrahenti enī et audienti anime vtriusq̃ esca mortis est detractio. qz. xj. q. iij. dicit̃. c. nō solū ille reus est qui falsum de aliquo ꝓfert: sed etiaz is qui aurem cito criminibus ꝓbet. Nō tamē semp quis resistere debet detractori eū arguendo de falsitate: maxime si scit verū eē quod dicitur: sed de hoc debet eum redarguere verbis: q̃ fratri suo detrahēdo peccat: vel saltem signis ostendere debet q̃ ei detractio displiceat: quia vt dicit̃ Prouꝰ. xxv. Ventus aquilo dissipat pluuias: ⁊ facies tristis linguā detrahentē. Si vero scit detractorē dicere falsum: tūc debet etiam verbis resistere dicēs se scire contrariū esse verū: alioquī ꝓut. xj. q. iij. c. quisquis. subditur: vterq̃ reus est ⁊ qui veritatē occultat ⁊ q̃ mendaciū dicit: quia ⁊ ille prodesse nō vult: ⁊ iste nocere desiderat. Deniq̃ licet fm Alex. de hales. in. ij. suo: ille cui detrahit̃ inscidere debet causas detractionū ⁊ scandali: fm q̃ scandalū est dictū vel factum minus rectum ꝓbens occasionē ruine: tamē si nō prebet causam licz detractor querat occasionē: debet tūc detractionem exemplo christi equanimiter sustinere. Dicit enim Grego. omel. ix. super Ezech. q̃ liguas detrahentiū sicut nostro studio non debemus excitare ne ipi pereant: ita p suā maliciaz excitatas debemus equanimiter tolerare vt nobis meritum crescat: q̃ō sane intelligenduz est: nisi talis diffamatio vergat in periculum aliorum: tunc enim prosse audientibus satisfaciet: sicut christ⁹ qui dicentibus apostolis: Matt. xv. Scis q̃z audito pharisei hoc verbo scandalizati sunt: protinus respondit. Sinite illos ceci sunt ⁊ duces cecorum: cuius vestigia secutus apostolus. j. Corinth. iiij Mihi inquit pro minimo est vt a vobis iudicer aut ab humano die: nec mix: quia vt dic̃ Richar. super apoc̃. Malorū semper odiosa ē vita bonorū: ⁊ quē deus cōmendat prauorū sermo blasphemat: vnde ⁊ Diogenes cum ei nunciasset amicus: te cuncti amici vituperant: oportet inquit sapientiā ab insipientibus feriri: esse enī meliorē indicat mala lingua quē carpit: ⁊ hanc quidē derogatio singulari munere gr̃e domin⁹ ideo pmittit q̃z nimiū oportuna reperit̃ sustinētib⁹: nā vj. q. j. c. oues subdit̃. §. ipa autē detractio licet ex vitio sit detrahētiū: tamē iusto dei iudicio nōnunq̃ aduersus bonos excitat̃ vt quos honesta ꝓsumptio vel aliorum fauor in altum extulerat detractio humiliet. Dicit enī Alex. de hales vbi supra: q̃ sicut p adulationē mentis oculi claudunt̃ ⁊ excecant̃: ita p detractionē aperiūt̃ ⁊ illuminantur: diligenter enim pquirit si quid in eo sit reꝑhensibile q̃ō emendet: vnde dicit Pet̃. raven. q̃ virū fortē excitat ad virtutis exercitium alieni laboris aculeus: nec mentis oculos torpere pmittit inuidia detractoꝝ. Jacob qui in baculo suo iordanē transierat nō redisset cum duabus turmis nisi eū inuidia Esau agitasset: nec Joseph egyptijs imparasset: nisi iꝑm inuidia fratrum vendidisset. Hinc cōcludit Grego. q̃ Abel esse rēnuit quē malicia Cayn nō exercuit. O virū fm cor dei qui vindictā pollicenti de maledico ꝓtin⁹ respondit. ij. Regum. xvj. Deus ꝓcepit Semei vt maledicere Dauid: ⁊ quis ē qui audeat dicere q̃ re sic fecerit? dimitte vt maledicat iuxta ꝓceptū domini. O q̃ linceos oculos Dauid habuit: nō attendens maledicū inuehentem sed dominū pmittentē: domin⁹ enim licet nō iubeat detractori voluntatē puersam: tū iubet eⁿ voluntatis effectū ad iustorum exercitationem ⁊ profectū. Ad laudem dei omnipotētis.

In quibus excōmunicatio suspensio ⁊ interdictum cōueniunt ⁊ in quibus differunt: Sermo XI

On occides Exo. xx.

Nunc autem ordine congruo prosequendum est de iusta occisione spūali: q̃ fit p censurā ecclīsticā q̃ quis gladio spirituali vel ecclesiastico iuste occidit̃: ⁊ tanq̃ mēbrū putridū a mystico corpore christi q̃ō est ecclesia ꝓscinditur: vnd̄ gladius ecclīasticus censura vocat̃. Est autem censura iudicatio seu sententia a canone vel ab ecclīastico iudice lata. Et continet in se tria: sc̃z excōmunicationē: suspēsionē ⁊ interdictum: vt patet extra de verbo. sig. vbi dicit̃. c. querenti: quid p censuram ecclesiasticam debeat intelligi: cū huiusmodi clausulam in lr̃is nostris apponimus: respondem⁹ q̃ p eam nō solū interdicti sed suspensionis ⁊ excōmunicatiōis sententia valet intelligi: vt iudex discret⁹ rerū ⁊ personaꝝ circūstantijs indagatis ferat quā magis viderit expedire: hec ibi. Ad maiorē aūt euidētiā ꝓmo q̃ri pōt ī q̃b⁹ ista tria ꝓueniūt. Ad ꝑ rndet Jo. cal. ī tractatu de ecclīastico interdicto: ī ꝓn. q̃ tria ꝑdicta ī ꝑ ꝓmo ꝓueniūt: q̃ piter cōꝑhendūtur sub noīe censure vt dicū ē. Secūdo q̃ ī eis appellatio ꝑcedēs appellātē defēdit. vt ex d̄ appel. c. ad ꝑ. c. ꝓterea. c. dilect⁹: verūtā appellatio seqn̄s nō defendit appellātem: vt. c. pastoral. ij. rn̄so. ⁊ li. vj. d̄ sen. ex. c. is cui. Tertio q̃ in oībus ꝑdictis ꝓhibetur diuinoꝝ celebratio: vt. v. q. iij. c. li quis eꝑs ī ꝓcilio. ⁊ ex de cleri. excōicato deposito interdicto mīstrāte. c. ij. ⁊. iij. c. postulastis. Quarto q̃ in omnibus precedere debet monitio ⁊ seruari forma decretalium: extra de appel. c. reꝑhensibilis: de sen. ex. c. sacro. ⁊ lib. vj. eo. ti. c. cum medicinalis. Quinto q̃ cum absoluunt̃ debet in his ꝑcedere iuramentum: ⁊ potest in eis absolutio fieri ad cautelam: cum extat casus faciendi. vt de sen. excom. c. venerabili: saluo q̃ō habetur li. vj. eo. ti. vbi dicitur. c. ꝓsenti generali statuimus edicto. beneficiū relaxationis ad cautelā quo ad interdicti sē tētias ī ciuitates castra vl q̃libet alia sacra loca siue terras aliq̃s generaliter ꝓmulgatas locū aliq̃tenus nō hr̄e: ꝑ ibi. Sexto q̃ hmōi snīe debēt fuari p sup̄iores: vt de of. or. c. cū ab ecclīarū: vbi etiā ptz ī glo. quaiter pleban⁹ excōicari pōt: nō tamē cū solennitate que ponitur. xj. q. iij. debent. Septimo q̃ his durantibus nō pōt q̃s eligere nec elegi seu testificari: vt d̄ ꝓsue. c. cū di

lectus. de elec. c. cū inter senio:rē. de testi. ⁊ attesta. c. veniēs. ij. in fi. Octauo q̃ superiōr nō debet de ipis aliquid disponere par tibus nō vocatis: vt de appel. c. romana. §. penul. li. vj. ⁊ de sen. ex. c. romana. e. li. Nono q̃ recepti in spāles filios sedis apostolice. s. pdicatores: minores: cisterciēses: ab inferioribus nulla istax triū sentētiarū ligari possūt: vt pz li. vj. de ꝛbo. signi. c. j. Decimo q̃ vtrobiq̃ sniam violādo vl̃ formā illius fulminatiōis nō tenēdo: irregularitatē incurrit: vt li. vj. de sen. ⁊ re. iudi. cū eterni. ⁊ de sen. ex. cū medicinalis: ⁊ q̃ snia licet iniusta ligat in foro ꝓtentioso ob seruata tamē debita forma: similiter q̃ sic in excōicato requirit ꝓsensus vt celebrās incurrat irregularitatem: sic ⁊ in alijs: ⁊ q̃ vtrosq̃ pbabilis ignorātia reddit excusatos. Secūdo vero q̃ri pōt in ḋbus tria predicta differūt. Ad hoc rndet Job. cal. vbi supra q̃ tria p̄dicta differūt p̄mo in pticipatione: qꝛ cū interdicto ⁊ suspēso pticipari pōt: nisi spāliter esset interdicta pticipatio vt li. vj. de p̄uil. c. eporum: sed cū excōmunicato nō: qꝛ si cōicaret minorē excōicationē incurreret. xj. q. iij. c. cum excōicato: de sen. ex. c. nulli. c. cū desideres. Secūdo qꝛ singularis psona ppria suspendit vel excōicatur: nō aūt interdicit nisi impropria: vt de reli. do. c. cū dilectꝰ. ō cleri. excō. c. postulastis. Locꝰ vero ppria interdicit vt de verbo. sig. c. cū in partibus: licet hoc fiat ī penā delinquētiū psonax: vt de spon. c. nō ē vobis: interdicit etiā vniuersitas nō excōmunicat vt clerus vl̃ populꝰ: vt li. vj. de sen. ex. si snia: interdicit etiā q̃ q̃q̃ singularis psona: vt de offi. dele. c. ex lris. put interdictū distinguit a suspensiōe: vt de priuile. c. cū capella. ⁊ li. vj. co. ti. c. j. §. in eos. sūiter q̃q̃ laicus interdicit q̃ ppria nō suspendit put suspensio ē distincta spēs: vt de ꝛbo. sig. c. querenti. Tertio qꝛ effectus excōicationis nō potest suspendi sicut effectus alioꝝ: vt extra de priuil. c. priuilegia. ⁊ hoc ꝑm Inno. ⁊ Hosti. quādo locus vel ecclia interdicit: secus aūt cū persona proculpa ppria ē interdicta vel suspensa: si tamē p culpa alterius qō aliquando fit: vt xvij. q. iij. miror. tunc dici pōt sicut de interdicto loci: q̃ pōt suspēdi sic ⁊ tolli. Quarto qꝛ epi nō incurrūt aliquā suspensiōis vl̃ interdicti sniam ab homine vel a iure prolatam: nisi specifice exprimāt: vt lib. vj. de sen. ex. c. qꝛ priuilegiū: qō tamē priuilegiū nō habēt ꝗtū ad excōicationē. Quinto qꝛ interdictū generale loci nō pōt ad cautelaz relaxari: vt lib. vj. de sen. ex. c. pūti. sed ab excōicatione vel suspensione bene fieri potest ad cautelā absolutio: vt ex̄ de sen. ex. c. venerabili. Sexto qꝛ interdictuz generale nō pōt in locū pferri sine speciali licentia pape p pecuniario debito vt in exuagasi. bonifacij. pinde attendētes: ꝑ excōicatio vel suspensio bene fieri pōt: vt de appel. c. pterea. Septimo qꝛ in vniuersitatē vl̃ collegiū ferri excōicatio non potest: vt de sen. ex. c. romana. §. fi. li. vj. licet singuli de vniuersitate excōicari possūt: vt omnes rectores p quos regit qui dicunt vniuersitas: seu cōmunitas in effectu: vt de immu. ec. c. aduersus. ⁊ de pcura. c. fi. ꝑ interdictū bene pferr: vt in. c. si snia. eo. ti. ac li. Tertio pinde queri pōt de snia excōicationis quid sit excōicatio: ⁊ quis illā inferre potest. Ad qō dicendū q̃ excōicatio ē censura a canone vel ab ecclīastico iudice prolata: excludens a qualibet licita cōmunione ⁊ actu legitimo: nā cum excōicatio sit pena spūalis: laicus nō est capax actiue licet ꝑ papa posset illi ꝓcedere: vt pz. xcvj. di. c. bene quidē. in glo. Similiter nō iudex sententiā ferre nō pōt cū sit iurisdictiōis: vt ō offi. ordi. c. ꝓquerente. Oportet insup q̃ iudex super excōmunicandū iurisdictionem habeat: ⁊ omnis talis excōmunicare potest nō solum papa ⁊ episcopi: sed etiā eoꝝ officiales ⁊ omnes eorum inferiores prelati qui collegijs prefunt: vt abbates etiam nō benedicti dūmodo tamē fuerint confirmati ⁊ consimiles: vt ō simonia: sicut tuis. ⁊ de offi. ordi. cum ad ecclīam: ⁊ Archi. vt videtur excōmunicare potest: licet non sit p̄sbyter. ar. di. xxv. perlectis: ⁊ ex̄ de offi. ordi. c. j. ⁊ de appel. c. rep̄hensibilis: sic etiaz quilibet sacerdos parrochialis ꝑm q̃dam ⁊ hoc p̄sertim cum fuerit in eadem diocesi ꝓsuetudo: quia per tacitum ꝓsensum ex cōsuetudīe vl̃ prescriptione potest acquiri talis iurisdictio per patientiā epi: que ꝓsuetudo dat iurisdictionem: vt. ix. q. iij. c. conquestus: ⁊ his concor. Tho. Hoff. ⁊ Alb. nec mirum cum vt notat Inno. de restitu. spo. c. olim. iij. episcopus expresse potest cōcedere clerico potestatem excōmunicandi etiam si fuerit priuata persona: verūtamen excōmunicationem a iure potest facere: q̃cunq̃ potest ius condere: vt papa ī vniuersa ecclesia: ⁊ simplici epi in suis dioces: vt

xvj. q. ij. visis. in fine. xxiiij. q. iij. corripiā tur: nullus etiam citra ep̄m excōmunicare nō potest cum illa solennitate: que ponitur. xj. q. iij. c. debent. Nota tamē generaliter q̃ excōmunicare nō potest excōmunicatus nec hereticus: nec scismaticus: nec apostata a fide: nec intrusus: nec a iurisdictione suspensus: nec etiā qui violauit interdictū: hec patent. xxiiij. q. j. audiuimꝰ: ⁊. §. si autem: in fi. xij. q. ij. alienationes. et c. pcarie. extra de ꝓcess. preben. c. qꝛ diuersitatem: extra de excess. prela. c. fi. Quarto similiter queri potest: vtrum epi extra territorium suū quēpiā ex subditis suis excommunicare potest. Ad hoc dicendum: q̃ hec questio dupliciter intelligi potest. Primo an epi existens extra suā diocēs. subditū suū excōmunicare potest. Et ad hoc respōdet Host. q̃ epi ⁊ huiusmodi prelati extra diocesim vel territorium suū agere nō possunt ea q̃ sunt iurisdictionis ꝓtentiose. vnde cū nullus est excōmunicādus sine cause cognitione: vt. xj. q. iij. c. nemo: hinc talis excōmunicare nō potest nec sedere pro tribunali nec aliquid disponere: vt. ix. q. ij. c. epm. ⁊. c. seqnti. nec per ꝓsequēs absoluere pōt in his q̃ requirūt cause cognitionem: verūtamē secus ē de his que nō req̃runt cause cognitionē: cum hoc ad voluntariam iurisdictionē pineat: ⁊ idē ē dicendum de legato de latere pape extra terminos sue legationis: ar. ff. de offi. p con. l. ij ⁊ extra de offi. le. c. excōmunicatis: epi tamen expulsi licite possunt exercere iurisdictionē in aliena diocesi: vt in cle. de fo. cōpe. c. ꝗuis: vbi plane pz ō vtroq̃ casu. Secūdo sic pōt intelligi questio: vtrū episcopus existens intra suam diocesim excōmunicare potest suū subditū existentē vel peccantē extra suam dioc. ⁊ tūc dicendū q̃ ratione domicilij potest iudex ecclesiastic⁹ excōmunicare per sententiā viue vocis suuz subditū etiā existentem extra territoriū: vt patet extra vt lit. nō ꝓtest. c. tue. vbi dicit q̃ reus qui se cōtumaciter absentat per cēsuram ecclesiasticam vt iuri pareat: ꝓpelli potest: ⁊ ex hoc patet q̃ etiā extra territorium tenet sententia: ad idem de appel. c. cum sit romana: in fi. Verūtamē statutum epi per quod subditi certū aliq̃ō faciētes ꝓter quod excōmunicātur: nō ligat subditum in alieno territorio ꝓtra facientem: vt patet expressum: li. vj. de ꝓstit. c. ij. ⁊ ratio diuersitatis ē: quia statutum est quedam qualitas principaliter territoriū regulās: ⁊ p ꝓsequens personas: ita q̃ nō solū subditos: sed etiam quoscūq̃ intra tetritoriū existentes afficit: ⁊ sic nō afficit ea ratione qꝛ subditi sunt: sed rōne territorij regulati p statutum: ⁊ ideo nō potest extendi extra territoriū: qꝛ p hoc surgeret aliud incōueniens scz q̃ p statuta vnius epi regularet territoriū alterius epi quod ē contra iura sed sentētia viuevocis afficit psonā: ⁊ ideo in eo cessat ratio predicta. Quinto equidem queri potest: vtrū subditꝰ epi delinquens intra diocesim: in loco tamen exempto ligat epi statuto delictū illud puniente. Ad huius questionis responsionē Jo. cal. disputando terminauit q̃ talem delinquentē nō ligat: qꝛ locus exemptus equiparatur loco extra territoriū constituto. p c. cum eps: de offi. ordi. li. vj. vbi pulchre de hoc: ⁊ de sta. regu. c. vno. in fi. eo. li. ⁊ ī cle. de priuile. c. archiepo. xviij. q. ij. c. lumino so: in quibus illud pbatur exceptis q̃bus dam casibus ⁊ sic in alijs firmat regula: ⁊ hoc etiam tenet Jo. an. c. ij. de consti. li. vj. verūtamē domin⁹ Mercilius doctor eius tenet hoc ē verum quādo delinquens est als exemptus: nec mirū cum exempti presertī sedis apostolice filij p episcopos nulla censura ligari possunt: vt li. vj. de ꝛbo. signi. c. j. Si tamē als subditus est: tūc ꝑm eundem tale statutū ligat: ⁊ sic disputādo terminauit Frederic⁹ de senis: vt patet in eius cōcilijs. c. ij. ⁊ mouet ex hoc: quia locus exemptus ē in sua dioc: vt dicto. c. cuz episcop⁹: de rescrip. c. abbatē: ⁊ de offi. ordi. c. graue. Primam tamē opinionem putat Franci. veriorē. cuz statuta nō habeant vires nisi quatenus extenditur iurisdictio statuentis: vt dicto. c. ij. de ꝓsti. li. vj. in ratione sui: maxime cum dicit extra territorium ius dicenti nō pareatur impune: nam quo ad hoc iurisdictio importat idem qō territorium per notata ibidem: locus autem exemptus nō ē de iurisdictione epi: vt dicto. c. graue. Similiter iudex ecclesiasticus per specialem sententiaz excōmunicās eum qui nulla ratione subditus ē eius talis sententia nulla ē: vtpote lata a non suo iudice: vt. ij. q. j. c. in primis. extra de consue. c. ad nostram. ⁊ de iudi. c. at si clerici. ⁊ spāliter de sentētia excōmunicatiōis probatur: extra de priuil. c. cum olim. j. ꝗ. illō etiam. Si proinde excōmunicatur als non subditus qui factus ē quo ad quid subdi-

tus: scz ratione delicti contractus: vel rei de qua agit: tūc talis sententia non ligat: nec iudex potestatem habet in huiusmodi personam nisi in suo territorio inuentā: vt li. vj. de fo. compe. c. romana. §. contrahentes: q̄ hoc etiā tenet Jnno. de fo. compe. c. fi. in prin. ⁊ Jo. an. ⁊ Jo. mo. in dicto. §. cōtrahentes: ⁊ allegāt rōnes ad hoc. Sexto deniq̄ queri pōt ex quibus causis pferri potest excōicatio. Ad hoc dicendū q̄ duplex est excōmunicatio. Prima ē et dicit minor ⁊ separat tm̄ a sacramētis percipiēdis: vt extra de excep. c. a nobis: ⁊ illa infligit q̄nq̄ a iure: ⁊ hoc in multis casibus vt postea videbit: quādoq̄ etiā ab homine ⁊ etiā a quocūq̄ iudice ecclesiastico: vt extra de offi. ord. cum ab ecclīarum: ⁊ hoc sine p cōtumacia: vt. v. q. ij. presenti. xj. q. iij c. audiuim⁹: siue etiā p alijs culpis: ⁊ hoc siue simpliciter: vt de pe. di. j. c. accusatione: siue ad tēpus: vt. lxxxvj. di. c. tāta. Secunda vero est vl dicit excōmunicatio maior que separat ab omni cōmunione: tā quo ad homines q̄ quo ad sacramēta: vt de cleri. ex. c. illud. ⁊ c. fi. ⁊ dicto. c. a nobis: ⁊ illa similiter aliquando fert a canone ⁊ hoc multipliciter vt videbitur: semper tamen fertur p aliquo crimīe: vt. xvij. q. iiij. c. sicq̄ suadente: qō tenet glo. xj. q. iij. c. epi si. Dici tamen potest q̄ ppie fert p contumacia: quia canon vel statutū intelligit monere q̄ quilibet abstineat ab eo pter qō excōmunicatur: ⁊ fm hoc debet itelligi qō notat Archi. post Lau. ī dicto. c. episcopi si: vbi dicit in omni excōmunicatione pter mittendā esse monitionē. Aliquādo vero fertur a iudice vel homine: ⁊ videt textus dicere q̄ ferri possit tam p contumacia q̄ p offensa: qō etiā tenet glo. in dicto. c. epi si. Jnno. aūt dicit eo. ti. c. ex pte: q̄ excōmunicatio q̄nq̄ fert p offensa ⁊ contumacia: nam p solo crimine nō ē quis excōmunicādus si se corrigere velit: ⁊ hoc etiā tenet archidia. li. vj. de excep. in. c. j. in Jbo contumacie dicēs: q̄ iura q̄ dicunt quē posse pro crimine excōmunicari: intelligenda sunt si nolit se sup illo corrigere: ⁊ sic excōmunicatur ppie pro cōtumacia: qō etiā cōmuniter seruatur: ⁊ hoc sentit Tho. in. iiij. dist. xviij. Qō si queritur: vtrum pro qualibet contumacia potest fieri excōmunicatio presertim cum tantū tres cōtumacie casus expimunt p quibus fieri debet excōmunicatio. xj. q. iij. c. certum: in cui⁹ ar. ⁊ c. nullus sacerdotū: dicit q̄ pro leuibus causis alicui cōmunio phiberi nō debeat: sed pro illis tm̄ p quibus canones hoc pmittunt. Ad hoc respondet glo. in dicto. c. certum: q̄ pro qualibet contumacia super quocunq̄ crimīe quis excōmunicari potest: ⁊ hoc tenet Jnno. de Jbo. sig. c. ex parte. Unde quanto cōtumacia fit super actu leuiori tā to videtur esse grauior: sicut furtū in re leuiori dicit esse maius: institu. de rerū diuisione. §. gallinarū: tamē propter dictum. c. nullus sacerdotum: prelati nō debent esse faciles ad excōmunicandum pro qualibet leui cōtumacia: licet vtiq̄ possint: vt extra de sen. excom. c. sacro. Porro hec maior ex cōmunicatio quandoq̄ simpliciter sine solennitate pfertur: vt quando iudex dicit. excōmunico talem: vt in. c. si quem: de sen. ex. quandoq̄ vero cum solēnitate: de qua xj. q. iij. c. debent: ⁊ tūc dicitur anathema: vel alio nomine dici potest mucro episcopalis: vt. xvj. q. ij. c. visis in fi. quia cū hac solennitate nullus excōmunicare potest nisi sit ad minus eps fm Hosti. in sūma eo. ti. §. j. ⁊ ij. Ad laudē dei omnipotentis.

De excōmunicatione minori p canonē: ⁊ quādo sententia lata p iudicem ligat: ⁊ quādo non: ac de his q̄ requiruntur in absolutione ab excōmunicatiōe: Ser. XII

On occides Also de excōmunicatione tam minori q̄ maiori: q̄ dupliciter infligit vtriusq̄ sententia scz per canonem ⁊ p iudicē: ꝑ breuiter prosequendum est primo quando quis minorem excōmunicationē incidit per canonē. Ad ꝑ dicendū q̄ licet q̄ ad deū q̄s separat a sacramētis pcipiēdis q̄ cito mortale cōmittit: licet occultū: vt. xj. q. iij. c. audi deniq̄: vbi ostēdit q̄ huiusmodi traditur sathane: vnde talis eucharistiaz ⁊ alia sacra recipit in ppriā damnationē: vt ex ꝑ coba. cler. ⁊ mu. c. fi. infligitur tm̄ ab ecclesia spāliter ipo iure minor excōmunicatio ⁊ phibent sacramēta in multis casibus. Primo illis quibus negatur ecclīastica sepultura: vt qui moriunt in torneamēto: vt extra de torneameñ. c. j. ⁊ exponit etiā Hosti. ēt dicēs q̄ si q̄s etiā ibi letale vuln⁹ accepit licet postea superuixerit ⁊ penituerit

⁊ ei eucharistia nō negetur: carebit tamen ecclīastica sepultura: cui textus ibidē satis consonat. Et idem potest dici de eo qui nō semel confitetur in anno: vt extra de pe. et re. c. omnis. Secūdo vero generaliter omnibus notorijs peccatoribus: ⁊ hoc ideo: quia manifeste demonstrāt se nō penitere: xcv. di. c. illud: vbi subdit: nam nō penitēti illō scz chrysma vel oleū extreme vnctionis fundi nō potest: q: genus ē sacri: nam quib⁹ reliq̄ sacra negant: quō vnū genus putat posse pcedi: hec ibi: ⁊. xiij. q. ij. c. pro obeuntibus: in fi. ⁊ de cōse. di. ij. p dilectione. Tertio aūt diffidentib⁹. i. pauperum oppressoribⁿ: manifestis raptoribus: publicis vsurarijs: ⁊ meretricib⁹ q̄ large dicūtur excōmunicati: in q̄tum eo⁊ oblatiōes ad altare nō recipiuntur. Quarto notorijs fornicatoribus: vt extra ō coba. cle. ⁊ mu. c. vestra. Quinto sacrilegium cōmittentibus: vt. xvij. q. iij. c. miror. Sexto cuz quis recipit ecclīam de manu laici: ⁊ sic eā tenet vt exp̄ssum patet. xvj. q. vij. si q̄s deinceps ar. ad idē: extra de elec. c. quisquis. Septimo fm quosdam vtentibus in bello iniusto contra christianos arte balistarioꝝ seu sagittarioꝝ: ex de sagit. c. artem. Octauo simoniacis: vt extra. eo. c. tanta. Nono cū quis cōmunicat cū excōmunicato maiori excōmunicatiōe: nō tamē in crimine: sed ō hoc latius postea videbit. Sciendū tamē fm Hosti. ⁊ Jnno. q̄ in p̄dictis casibus q̄libet a ppio sacerdote absolui potest: ⁊ dico ppium fm Hosti. Qēm qui potest illuz absoluere a peccato: nec obstat si idē sacerdos excōmunicatus sit minori excōmunicatione saltem ipo iure: vt qz extra de sen. ex. c. duobus: vide etiaz glo. que arguit p ⁊ contra. idem etiam tenet Tho. in. iiij. di. xviij. Secundo queri potest: vtrū sententia per iudicē ex iniusta causa lata ligat: p̄ sertim cū dicat Grego. ⁊ habetur. xj. q. iij. c. sententia pastoris siue iusta siue iniusta fuerit semper timēda est. Ad cuius respōsionē primo sciendū: q̄ sententia dicit iniusta quādo nō seruat ordo: vel qñ nō sub est cā vel saltē rōnabilis causa fulminādi: vel cū intentione mala ⁊ nō zelo iusticie p fert: ⁊ de his pulchre psequit. xj. q. iij. c. eps aut p̄sb yter. §. si ergo: ⁊. c. nō solū. §. cū ergo: vide si placet. Dicendū fm Jo. calō. q̄ si in tali iniusta excōicatione reperit abilitas tam ex pte excōicantis q̄ ex pte excōmunicati: ⁊ cessat erroris expressio: tunc bene ligat sententia: nā multa fieri nō deberent: que tamē facta effectū aliquem habent. Fateor q̄ nullus iniuste debet excōmunicari: ⁊ ideo faciens ē in culpa penāq̄ meret. xj. q. iij. c. temerariū. nihilominus taliter excōmunicatus ē ligatus: vt dicto c. snia pastoris. eo. ti. c. epi si. de off. dele. c. cum contingat: de sen. ex. c. per tuas. c. sacro: vbi de hoc: qō ideo pcedit vt ecclesie claues in maiori reuerentia habeant. xj. q iij. c. nemo cōtemnat: ⁊ vt p meritū obedētie homo spiritualiter crescat: eo. ti. c. quid ergo: vñ ⁊ si pferēs peccet: tm̄ parens iuste facit. xiij. q. j. quid culpat: in fi. ⁊ nō pternendo meret: sicq̄ talis sentētia ē aīe disciplina: vt. xxiiij. q. iij. c. notandū: in fi. ⁊ de sen. ex. li. vj. c. j. dicitur esse medicina aīe: nā ex quo sic paret ecclie claubus: licet sit ligatus apud ecclīam militantē nō tamen apud deū vel ecclīam triumphantē: vt de resti. spo. c. litteras: ⁊ de sen. ex. c. inq̄sitioni: verūtamē pōtēnendo ligaret etiā apud deū: vt dicto. §. cū ergo: pareat igit humiliter ⁊ ecclie sancte deferat obedientiā ⁊ reuerentiā: iuxta qō dicitur. xix. di. c. in memoriā. Sil'r Franci. de zab. tenet q̄ talis sēntia ligat vt canon dicit dicto. c. sentētia pas. Mimiq̄ cū nō solū snia iniusta excōicationis sed etiam quelibet alia ex iniusta cā ligat ⁊ transit ī rē iudicatā: vt de re iudi. c. cū inter: nā ⁊ absolutio ab excōicatōe ex iniusta cā tenet: vt de sen. ex. li. vj. c. venerabilib⁹. §. vbi: par aūt ē prās ligādi ⁊ soluēdi: vt de ma. ⁊ obe. c. cū inferior: ⁊ in glo. ⁊ de sen. ex. c. sacro: ibi est casus aptus q̄ ex cōmunicatio lata in nō cōtumacem que est excōmunicatō ex iniusta causa indiget absolutione. Tertio queri potest: vtrū igit excōmunitatio lata ex falsa cā ligat: vt dicendo: excōmunico te qz furtū fecisti ⁊ falsum est. Ad hoc rñdet glo. in. c. ex parte: ō offi. ord. q̄ talis excōmunicatio tenet: licet absolutio ex causa falsa nisi rata nō teneat cuius rō est: quia vtrobiq̄ pōsulit aīe. Hic excōicatio ⁊ si iniusta sit nō tamē est cōtemnenda: ne ex pōtemptu q̄s ligef: ⁊ excōicatio ē medicina aīe si nō pōtēnit: qz potⁿ nocet iniuste excōicanti q̄ excōicato si nō contemnit: alia rō potest assignari quare non pdest absolutio ex falsa cā: quia fuit excōicatus p certa cā: ⁊ oīs res p quascūq̄ cās nascit: per easdē dissolui dz: vt de reg. iur. oīs res: ñ de illa cā nulla facta est mentio: remanet ergo ⁊ eiⁿ effectus: hec ibidē iter

alia. Tñ Franci. de zab. ꝓtiuz tenet in sua repetitione: de sen. ex. i. c. ꝓpendim⁹: dicēs q̃ oīs dispositio ex falsa cā vitiat: qñ causa ē adequata effectui: ita q̃ disponēs cessante cā nō erat dispositur⁹. C. de falsa causa adiecta legato. l. j. vbi casus ē notabilis: ⁊ sic vult q̃ excōicatio lata ex falsa cā nō tenet: qñ excōicās si sciuisset cām nō eē verā nō fuisset eū excōicaturus: dicta tñ glo. cōmuniter tenet: ⁊ tō dicunt Inno. Hosti. et Guil. q̃ tutius ē dicere q̃ talis excōicatio tenet: vt. xj. q. iij. c. j. ⁊ c. si eps: q: nō est error intolerabilis exp̃ssus: ⁊ licet cā sit falsa nō ē tamē ipossibilis: vnde ꝓsulendū ē: q̃ ad cautelā absoluat q̃ ad forū iudiciale licet q̃ ad deū ligat⁹ nō ē: nisi forte ligaret ex ꝓtēptu. Pro quo sciendū ꝑm Jo. an. de sen. ex. li. vj. in. c. dilecto sup verbo contemptus: q̃ q̃nq̃ modis excōicatio ꝓtemnit. Primo qñ excōicatus accumulat culpam culpe. Secō qñ ex certa scia ecclīam intrat etiā quādo nō dicit diuinū officiuz. xxiiij. q. iij. c. clericus. xxv. di. c. j. circa prin. nisi fuerit cā predicatiōis q̃ audita exeat: vt de sen. ex. c. responso: vel nisi solum transeat p ecclesiam qñ nō fiunt diuina. Tertio qñ nō intrat ecclīaz ꝑ ad valuas audit diuinū officiū q̃ō est ꝓtra iura: extra de pe. ⁊ re. c. q̃ in te. de sen. ex. c. pmittimus: de priuile. c. q̃ nō: vnde clerici ꝑ patiētes puniuntur vt extra de cleri. excō. c. illud dominus. ℣. illud aūt. Quinto quādo nimis dormit in sentētia sic ligat⁹: vt de sen. ex. c. p tuas. ℣ verū in alijs: ⁊ maxime vltra annū. xj. q. iij c. rursus: ⁊. c. q̃cunq̃: hec ille. Quarto q̃ ri pōt: vtrū igit sentētia excōicatiōis que nulla est liget. s. quādo in agente vl patiente nō ē abilitas ferendi snīam vel sustinendi. Ad hoc dicendū q̃ nō: q̃ō primo ptz in agente: qz forte nō ē iudex illius in quē tulit snīam: ⁊ sic diocesan⁹ nō pōt ferre ī fratrē minozē aliquā censurā: vt patet in sermone p̄cedenti: ⁊ ideo dicit. xj. q. iij. c. j. q̃ sententia pastoris siue iusta siue iniusta est timenda: vel si iudex illius est: tamē iurisdictionē illam exercere nō potest: vnde excōicatus excōicatione maiozi nō excōicat. vt. xxiiij. q. j. c. audiuim⁹: ⁊ sic loquit. c. cui est. xj. q. iij. vbi sentētia lata fuit ab heretico: qui iurisdictionē nō habet: nec etiā laicus: vt. xcvj. di. c. bene quidez. Secūdo vero patet in patiente inabili: vt pote cum is in quem sententia fertur est talis q̃ delinquere non potest: vt infans furiosus vel similes vsum rōnis nō habentes: si hoc est notorium vt notauit Inno. de sen. ex. c. romana. §. in vniuersitatē. li. vj: vel saltē huiusmodi sententie nō est capax: sicut infidelis vel sarracenus: sic enī nō est de corpore ecclie. ij. q. j. c. multi. de diuoz. c. gaudem⁹.

Ad maiorē tamē euidentiam Jo. an. lib. vj. de sen. ex. in. c. presenti. diuersos casus exprimit in quibus excōmunicatio nulla est. Primus est quādo post appellationez legitimā excōmunicatio fertur: tunc enim nulla ē: vt de offi. dele. c. cum ꝓtingat: saluo q̃ō dicitur li. vj. de sen. ex. c. licet. Secūdus est quādo sentētia ꝓtinet intolerabilē errozez: vt de sen. excom. li. vj. venerabilem: ⁊ ratio est ꝑm eundē Jo. vbi supra: qz cuz excōmunicat quis eo q̃ facit quod bonum e: vl nō facit q̃ō malum est: si ecclesia vellet talem sententiam ligare cuz apparet ex forma sententie q̃ subdit⁹ nō debebat parere: videret p ꝓsequens pctm̄ de sibi q̃ ꝓstaret approbare vt licitū: ⁊ ꝑ dicere non esset bene catholicū: ⁊ hi duo casus habētur: extra de sen. ex. c. per tuas. Tertio⁹ qñ quis excōmunicaret excōmunicatione maiozi illos qui excōmunicato cōmunicarent nō in crimine sed in locutione ⁊ in alijs casibus in quibus incurrit minoz excōmunicatio: talis enim sentētia nō valet nisi trina monitione premissa vel vna pro tribus ⁊ nisi admonēdi nominatim exprimantur vt li. vj. c. statuimus. c. ꝓstitutionē. c. statutum. Quartus quādo iudex nō erat is q̃ tulit sententiā saltem eius in quē tulit: vt de consue. c. iij. ⁊ de priuile. c. cum olim.

Quintus cū a suo iudice profertur sed excōmunicato: vt. xxiiij. q. j. c. audiuimus. c. aperte. Sextus cum a delegato quis excōmunicatur ꝓtra delegantis intentionē: vt extra de preben. c. fi. vbi plane de hoc. Septimus quādo fertur excōmunicatio contra priuilegium: vt ex de excef. prela. c. sane. Similiter si prelati excedunt numeruz euectionū in visitando tūc excōicatio non tenet de quo lucide patet ex ō censibus. c. cū apl's. ⁊ de excef. prela. c. cū ad q̃rundā. Octauus cū ab intruso vl a iurisdictione suspēso quis excōicat: vt. xij. q. ij. c. alienationes. Non⁹ qñ fert a violāte iterdictū hominis: vt pz exp̃ssū ō excef. pla. c. tāta. Decim⁹ qñ fert a delegato ipetrato ab excōicato ī cāu ñ pmisso. vt li. vj. ō rescp̄. c. j. Undecimus quādo plati interdicerent subditis suis: nē superiorib⁹ vl legatis seu iudicibus statum exponant ecclesiaz suaz vel monasteriorū: ⁊ de hoc ferrent sententiam excōmunicationis: vt li. vj. offi. ozd. c. quia plerq̃. Quinto p̄terea queri pōt que requirūtur in absolutione ab excōmunicatione maiozi. Ad hoc dicēdū q̃ quatuor requirunt principaliter. Primuz est vt excōmunicatus prius iuret stare mādatis ecclesie: vt extra de sen. excom. c. ex tenore: q̃ō tamen iuramentū nō est de substātia absolutiōis. eo. ti. cuz desideres: ideo si omittat q̃ō tamē fieri nō debet: nihilominus tenet absolutio. Q̃ si querit que mādata debent absoluto fieri q̃ iurauit: dicēdum q̃ si excōmunicat⁹ erat a canone: p̄ncipaliter iniungēduz est ei quod ꝓtra eundem canonē nunq̃ veniat: vt incendiario q̃ nunq̃ incendat: pcussori clerici q̃ nūq̃ percutiat: ⁊ sic de alijs: vt. xxiij. q. vl. c. pessima. Secundū est q̃ si fuit excōmunicat⁹ p notoria in aliquē offensa: tunc absolui nō debet nisi prius sufficiens emenda p̄stet: pro occulta vero offensa vel cōtumacia sufficit iuratoria cautio: vbi nulle petunt expense vel satisfactio damni: sed vbi petuntur expense: non debet absolui nisi satisfaciat: ⁊ peccat qui talez absoluit: lz ab excōmunicatiōe absolutus sit: si saltem satisfacere pōt: q̃ si non pōt tunc similiter nō debet absolui nisi recepta ab ea idonea cautione: q̃ satisfaciet si ad pinguiorē fortunā puenerit: vt extra de ver. signi. c. ex parte. ⁊ extra ō soluē. c. odoardus: dicta aūt cautio erit pignoratiua vl fideiussoria que dicitur idonea: quā si p̄stare non potest saltē p̄stet iuratoriam: ⁊ sic absolutio non est ei denegāda: vt. xxvj. q. vj. c. si plbyter. Tertium q̃ absoluat per eum qui tulit sententiam vl per eius superiorem aut alium cui cōmisit: ⁊ hoc cum psalmo ⁊ oratiōe ⁊ verberibus: ⁊ postea subiungat: absoluo te a tali sentētia excōmunicatiōis: vt de sen. ex com. a nobis. Q̃ si fuerit excōmunicatus ab vno iudice q̃dem sed ꝓpter plures causas lz vna sentētia: ⁊ tunc si plures intēdebat ferre sentētias tot erunt etiā absolutiones quot cause: ꝑm Guil. de mō. lauō. in cle. grauis: ō sen. excō. Si vero ꝓpter oēs causas intendebat ferre vnā sentētiā: tūc sufficit vna absolutio: dūmodo oīes cause sint expresse: alās enī non sufficit si est dubium: tunc ad iudicē est recurrēdū: hec de sen. ex. c. cum p causa. Si vero plurib⁹ sententijs eum excōmunicauit intendēs eum plurib⁹ ligare sentētijs tūc vt dictū ē plures absolutiōes sunt necessarie: si vna tm: vt dicendo excōmunico anathematizo ⁊c. tunc vna sufficit absolutio. Si pinde ligatus est a plurib⁹ iudicib⁹: ⁊ oīes habent vnā iurisdictionē tunc valet q̃ō fit ab vno ⁊ vna absolutiōe: dūmodo tamen ab alijs potestatē habeat: q̃ si diuersas habēt iurisdictiones: tunc erūt tot absolutiōes quot excōmunicatiōes: hec Guil. ibidē int alia: et si celauerit vnam ex causis ꝓpter quas erat excōicatus: erit absolutio subrepticia nec tenebit: vt de sen. excō. c. officij. Quartum deniq̃ ē: q̃ post absolutionē excōmunicator absoluto faciat mādata iusta ⁊ rationabilia: alās enī appellare pōt: vt extra de pactis. c. fi. ⁊ de appel. c. vt debit⁹: in excōmunicatiōe tamē minozi casum exp̃mat excōmunicatus sacerdoti ꝓpio et sic se faciat absolui specialiter ab eadē: ⁊ intelligitur ꝓprius sacerdos curatus vel diocesanus aut alius q̃ ō licentia eoz est electus: nec requirit iuratoria cautio: vt ō sen. ex. cō. c. nup: circa fi. Porro defunctus absolui debet hoc modo: si fuerit sepult⁹ in cimiterio non exhumabit corp⁹ ꝑ sepulchrū verberabit: vt fit circa viuos: vt. d. c. a nobis: ⁊ talis absolutio valet ꝑm Guil. vt sepeliat in loco sacro: vel vt sepultus nō exhumet ⁊ ozet ac celebret pro eo: et liez in mortis articulo potest absolui q̃libet excōmunicatus a simplici sacerdote: vt de sen. excō. c. nō est dubium: ⁊ de sepul. c. prochiano: tamē mortuus absolui nō pōt nisi ab eo qui poterat eum sanū absoluere: vt ptz in dicto. c. a nobis. Et iterū lz excōmunicatus pōt etiam inuitus absolui ab excōmunicatione: sicut inuitus poterat excōmunicari: īmo etiam manēte ꝓtrouersia pōt aliquis excōmunicationē etiā iuste latā discrete remittere: si illius saluti viderit expedire ꝑm Tho. in. iiij. di. xviij. Idē Alb. Tamen mortuus absolui non pōt nisi in eius morte signa ꝓtritionis apparuissent: vt dicto. c. a nobis: ⁊ in glo. Sexto deniq̃ q̃rit pōt vtrum absolutionē extorquens p vim vel p metum: beneficiū absolutiōis consequit. Ad hoc respōdet Hzego. x. put ꝓstituit in ꝓcilio generali lugduneñ. ⁊ habet in. vj. ō his que vi vel metus causa fiunt: dicens: absolutiōis beneficiū ab excōmunicatiōis sentētia vl quacūq̃ reuocatione ipius aut suspensionis seu etiaz interdicti p vim vel metū extorta: p̄stitis ꝓstitutionis

auctoritate oīno viribus euacuamus. Me autē sine vindicta violētie excrescat audacia malignandi: eos qui absolutiōem siue reuocationē huiusmodi vi vel metu extorserint: excōmunicationis sentētie decernimus subiacere: hoc ibi: ex q̄bus ptz q̄ absolutionē extorquens est excōmunicatus ipo iure: ꝗ fm Jo. an. a suo ordinario pōt absolui: qd fm Jo. an. in nouella intelligē dum est tam de muliere q̄ de viro: lz dicat textus eos: dicit insup glo. sup illo verbo: extorserint: q̄ si quis metum intulit sed tñ iudex eum absoluere voluit: tūc absolutionē extorquēs non manet excōmunicat⁹: quia verba sūt intelligēda cū effectu: similiter si absolutēdus nō intulit ꝗ alius: non erit excōmunicat⁹: secus tñ si mādauit vel eius noīe factuz ratū habuit: dicit deniq̄z sup eadē vltima glo. q̄ p vanum metuz illatum non incurrit q̄s hanc penā: qz talis metus non inducit restitutionē: nec ꝓprie metus appellatur. Unde quis metus dicatur iustus vel vanus: notat eo. ti. cuz dilecti: ⁊ vt cōmuniter dicunt doctores hoc arbitrio boni viri relinquēdū ē: fm Jo. an. in nouella. Ad laudē dei.

De ꝓuilegijs clericoꝝ ꝯiugatoꝝ ⁊ non cōiugatorū: ⁊ de octo excōmunicationib⁹ ſeculares clericos ꝯcernētib⁹: Sermo XIII

On occides. Exo.

cursuri sententiā si hac negligentia nō purgata predicare pōsumpserint: sed hec pena nō extendit ad religiosos monasteriorum vel ecclīarum decimas percipientiū: ꝓma aūt excōmunicatio nō solū cōprehendit religiosos mēdicantes sed etiā nō mendicātes: vt dicit glo. ⁊ idem Pau. ꝙ hoc ꝙ subditur in tex. omnibus religiosis: q̄uis in vj. de decimis. c. j. loq̄tur tm̄ de predicatoribus ⁊ minoribus. Preterea dicit Pau. ꝙ duo requirunt ad hoc ꝙ sit locꝰ huic pene. Primū est ꝙ taliā dicāt ꝙ q̄ retrahant aliquos a solutione decimarū debitarū ecclesijs. Secūdū ꝙ dicant hac intentiōe: secus enī si alia intentione: vl si nō eēnt ecclesijs debite sed alijs quocunq̄ modo: ꝓm ꝙ audiētes q̄ retrahunt sunt obligati ad solutionē decimarū: vnde si talia dicūt audiētibus nō obligatis nō ē locus huic pene. Quātū autē ad secūdā excōicationem dicit Lau. ꝙ si religiosi reperiunt ī ꝓfessione quosdā decimas retinētes nō absoluēt: eo ꝙ sunt in ꝓtinuo mortali: vt de decimis. c. prohibemus: nec tolli potest pctm̄ nisi restituatur ablatū si ⁊ quando restituere potest: ꝓrius igitur q̄ absoluant de solutiōe decimarū debitā cautionē recipiāt. Decimaquarta excōicatio est de religiosis mendicantibus: ⁊ ponit in. vj. c. vno. de excess. p̄la. vbi ꝓhibet ne quocūq̄ de p̄dictis in quocūq̄ loco ad habitandū domos vl loca quecunq̄ de nouo recipere seu hactenus recepta mutare: aut ea venditiōis permutationis donatiōis aut cuiusuis alienationis titulo q̄cunq̄ in alios trāsferre presumant: absq̄ sedis aplice licētia spāli plenā ⁊ exp̄ssam faciente de ꝓhibitiōe hmōi mentionē: ꝙ si secꝰ egerint per. c. cupiētes. in cle. de penis: sūt ipso facto excōmunicati: excipiunt tamē in dicto. c. vno. de excess. p̄la. in. vj. hi qui de suorum supiorū licētia vitā ducunt heremiticā: q̄ in locis remotis vbi nō est hoīm habitatio de ꝓpinquo acq̄rere pūt ⁊ mutare tales habitationes. Et si q̄rit: q̄d ōr nouū: rñdet Pau. ꝙ nouū respectu principij: ōr illud qō nunq̄ fuit. vij q. j. c. nō autē. ⁊. viij. q. j. nec nouū: ⁊ ō xb. fig. c. q̄d ꝙ nouale: ⁊ sic sumit hic nouum. Quādoq̄ vero ōr nouum qō fuit ꝙ postea eē desijt ⁊ nūc renouat: ⁊ sic nō accipit hic quia nō prohibent loca destructa reficere sed solū noua loca nō acquirere que nunq̄ fuerunt ad hoc deputata: quod Paulꝰ dicit verum: nisi locus desierit eē in eorū dominio ⁊ habitatione ⁊ postea ex nouo iure illū acquirāt: ar. de renū. c. quod inter: huius sententie absolutionem sibi papa non reseruauit. Quintadecima excōmunicatio est de assumentibꝰ nouā religionē vel habitū noue religionis: ⁊ ponit in. vj. de reli. domi. c. vno. vbi dicit districtius inhibēdo ne aliquis ō cetero nouū ordinē aut religionē inueniat: vel habitū noue religionis assumat: contra facientes autē sententiā excōmunicationis incurrūt. Pro quo sciendū ꝙ hic prohibet nouā regulā facere ⁊ ꝓm illā profiteri: ⁊ etiā prohibet nouum habitū facere qō intelligit Jo. an. in pluribus simul ⁊ in eodem collegio habitantibus ⁊ eandem religionē profitētibus: alꝭ singularis persona nō inueniens sectas et seorsum habitans nouū habitū sibi posset induere. Hic etiam notandū est q̄ clericis ⁊ laicis licitum est in cōmuni viuere vl de laboribus sicut fratres zuollis ⁊ dauātrie: aut de elemosynis sicut in vrbe roma: ⁊ alibi quidē faciunt: qui vulgo dicuntur apostoli: dūmodo nouā religionē aut nouū religionis habitū nō assumāt: nō enim censendi sunt religiosi: sed potius sūt clerici vl laici seculares qui viuunt in cōgregatione causa religionis id est pij operis qō licet: vt. ff. de collegijs illi. l. j. §. sed religionis: ⁊ Barto. in. l. fi. ibidem. Idē cōclusit Fran. de zab. padue. qui addit: Hec ergo sunt prohibendi sed permittendi sicut permittunt plures alie cōgregatiōes que nō sapiunt impietatē: vt extra de eccl. edificā. vbi permittitur leprosis cohabitantibus edificare ecclīam ⁊ habere sacerdotē: ⁊ dicta. l. j. de collegijs illicitis. Ceterum Jo. xxij. in quadam extrauaganti: que incipit sancta romana: condemnat quosdā qui se religiosos asserebant: ⁊ sequi ordinē penitentie minorum fratrū: ⁊ excōmunicat episcopos ⁊ eorum superiores ⁊ alios p̄latos quoscunq̄: qui predictis ritum viuendi ⁊ habitū p̄ter spālem licentiaz sedis apostolice ꝓcesserint: non tamē reseruat sibi papa absolutionem. Sedecima excōmunicatio est de statu beguinarū: que ponitur in cle. j. de religi. domi. vbi mulieres statū beguinarū sectantes ⁊ de nouo assumētes ac religiosi in hac dātes auxilium: ꝓsilium vel fauorem sunt ipo facto excōmunicati: papa tamen absolutionem sibi nō reseruauit: verūtamen Job. xxiij. per extrauagā. suam que incipit: recta ratio concedit beginis simul habitantibꝰ q̄ vitā ducunt honestam ⁊ ecclīas deuote frequētāt ⁊ curiositatem disputādi nō vsurpāt: vt possint libere ac inuicem ꝓuersari declarans tales sub ꝓhibitione istiꝰ cle. nō includi: sed potius tales per §. sane aperte excludi: vnde ⁊ eōs Cameracen. impetrauit ad Jobānē papā ꝙ beguine que viuūt honeste ī dioc. cameracen. nō includunt sub ista cle. put habetur in q̄dam bulla que incipit. Cū autem nuper. Decimaseptima excōicatio ē religiosis matrimoniū ꝓtrahentibus que ponit in cle. eos. de ꝓsanguini. ⁊ affi. vbi religiosos ⁊ religiosas excōmunicat qui timore diuino postposito in animaꝝ suarum periculum matrimonia ꝓtrahunt: precipiens ecclīarum p̄latis vt tamdiu tales denuncient seu denunciari faciant excōmunicatos donec errorem suū ꝓgnoscentes abinuicez sepenē ⁊ absolutiōis beneficiū obtinere mereant: hoc ibi. Q̄ō si q̄ritur q̄d hic dicit religiosus in quo potest eē locus huic pene. Ad hoc respōdet glo. in verbo religiosos: ꝙ omnis ꝓfessus expresse vl tacite religionē approbatā: vt ō voto. c. vno. li. vj. ꝙ intelligit etiam glo. si ꝓfessio illa tacita vl expressa nō obligat illi religioni ꝓ religiōi ī genere. Idē Lau. Pau. ⁊ Benze. ⁊ addit pau. ꝙ si quis ꝓfecte dixerit: volo ꝓtrahere tecū matrimoniū: haberet locuz p̄ pena tam in religioso q̄ etiā in ꝓtrahente scienter cū religioso: nam lz in tex. signāter exprimit de ꝓtrahentibꝰ cū monialibꝰ intelligit etiaz de professis sororibus ⁊ de quibuscunq̄ alijs religiosis ī religione approbata professis: immo dicit ⁊ concludit Fran. de spon. c. ex litteris: ꝙ etiam ꝑ illa verba volo ꝓtrahere tecum: inducitur matrimonium si p̄cessit ꝓtractus de cōtrahendo: quia nō nulla sunt verba formalia matrimonij: sufficit enim quoquomodo consensus expimatur: vt de spon. c. j. ⁊. c. tue. Additur etiam ibidem alia excōmunicatio de clericis in sacris ordinibus ꝓstitutis matrimonia ꝓtrahētibus: que obligātur eodem modo sicut religiosi. Et si queritur qui dicantur hi sacri ordines. Ad p̄ dicendum ꝓm glo. ⁊ paulum ꝙ sacri ordines p̄ accipiuntur stricte sez pro subdiaconatu ⁊ supra: nam large quilibet ordo dicitur sacer: vt de filijs presby. c. j. ⁊ q̄uis ples sint ordines: dicit tamē Pau. ꝙ ordo dicitur vum sacramentum rōne vnius forme: ⁊ sic vides ꝙ hic ꝓsideratur votum solenne per

professionem vl sacri ordinis receptionem cui annexum est votum castitatis solenne nō autem hic ꝓsideratur votum simplex: deniq̄ dicit glo. penultima ꝙ ab ista excōmunicatione potest absoluere episcopus. Idem Rauō. nisi forte post excōmunicationem incurrissent irregularitatem: nam ab irregularitate nō absoluit episcopꝰ: vt de cleri. excōmunica. c. iij. vbi de hoc: debz etiam absolutionem satisfactio precedere: sicut in manifesta offensa: ⁊ dicit Benze. ꝙ ista offensio sez cohabitationis mutue non poterat esse nō manifesta: ⁊ sic erat notorium actus permanentis. Hinc ꝓm Pau. tales in recognitione erroris se separantes: debent ab inuicem se abiurare: vt qui cle. vl vo. c. ij. sicut etiam fit in reconciliatione separatorum: vt. xxxv. q. vj. vbi ponit forma iuramēti: ⁊. c. precedenti ponit casus. Ad laudē dei omnipotentis.

De excōmunicationibꝰ que cōcōtingūt circa materiam de sepulturis mortuorum: Sermo XVI

Non occides. Opere p̄cium n presenti sermone prosequendas duximus excōmunicationes circa materiam de sepulturis mortuorum ab ecclīasticis sanctionibꝰ emanatas. Quarū prima est de religiosis et clericis secularibus ad vouendum de eligenda sepultura alios inducentibus: que ponitur in cle. cupientes: de penis vbi dicitur. §. sane temerarios violatores constitutionis illius sez. c. j. de sepul. li. vj. que religiosis ⁊ clericis secularibus prohibet ne aliquis ad vouendū iurandū vl fide interposita seu alꝭ promittēdū inducant: vt sepulturam apud eorū ecclesias eligant: vel iam electam vlterius nō immutent: similem sententiam pena in dicta constitutione cōtenta in suo perdurante robore incurrere volumus ipso facto ab aliquo a sede apostolica preterq̄ in mortis articulo nullatenus absoluendos: nullis priuilegijs aut statutis cuiuscunq̄ tenoris existant in cōtrarium super his valituris: hoc ibi: vbi dicit glo. super verbo similem sententiam ꝙ hoc intelligit de sententia excōmunicationis: qz si voluisset referre ad omnia penalia ibidem cōtenta dixisset in plurali similes penas: reliquenim dicunt pene: p̄

excõlicationem vocauit sententiam. Et dicunt Lauõ. ⁊ Henze. q̃ si religiosi quocũq̃ quesito colore tales inducũt ad ꝓmittẽdũ ⁊c. est locus huic pene siue fuerit directe siue indirecte publice vel occulte per se vl̃ per alium: ⁊ idẽ de clericis secularibus dicit tamẽ Napus: q̃ ex sola inductiõe nõ incidũt canonẽ nisi inductio habeat effectuz: vt quia inductus fecit illud ad quod induxerunt eum: dicunt enim intelligi verba cum effectu: maxime in hoc casu in quo agitur de spirituali pena per constitutionem imponenda: nec etiam incidunt exinductione ad eligendũ sepulturam: dũmodo fiat citra votum iuramentũ vl̃ ꝓmissuz Unde religiosus vl̃ clericus secularis ab infirmo vel sano requisitus vl̃ nõ rehsitus de eligenda sepultura: secure consulere potest: si in sua ecclesia vl̃ cõuentu plura suffragia habiturus esset. Q̃ sibi sit vtilius ibidem sepeliri q̃ alibi: arg. ad hoc extra de sepulturis. c. fraternitatem: nec incurrat penam nisi obligatio vel ꝓmissio aliqua interueniat: vt dicit textus l. vj. de sepulturis. c. animarũ: ⁊ in dicto. c. cupiẽtes quia nullus obligatur ex cõsilio nisi fraudulento vt li. vj. de reg. iur. c. nullus: põt ergo dicere consulo vobis hoc pro salute anime vestre faciatis tamẽ libere q̃cquid decreueritis: nolo enim q̃ ꝗ mihi ꝓmittatis. Secunda excõmunicatio ẽ de sepeliendis hereticos que ponit̃ lib. vj. de hereti. c. quicũq̃ hereticos credẽtes receptatores defensores vl̃ fautores eoꝝ scienter presumpserint ecclĩastice tradere sepulturaq̃ ad satisfactionẽ idoneam excõmunicatiõis sentẽtie se nouerint subiacere: nec absolutionis beneficiũ mereãt̃: nisi proprijs manibus publice extumulent ⁊ proijciant huiusmodi corpora dãnatoꝝ: ⁊ locus illi ꝑpetua careat sepultura. hoc ibi. Ad cui̊ euidentiã dicit Jo. an. in nouel̃. q̃ hi sunt credẽtes qui ore ꝓprio dicũt se credere iporum erroribus: ⁊ tales iudicant̃ hereticis. eo. ti. excõmunicam̊. ij. de ꝟbo. sig. c. sup quibusdã: vel ꝟm Zachinũ in tractatu suo de heret̃. credẽtes dicunt̃ qui verbis vl̃ factis ostendũt se credere errozib̊ heretico̊rũ scz verbis detegens in hoc intentionez sue volũtatis: aut faciẽs id in quo satis exprimit̃ credulitas errozis: vt quia eisdem adheret aut ad eorum p̃dicationem vadit ad quã si fuerit vltra q̃ semel censet̃ hereticus: cum par crimen ⁊ par culpa sit prohibita discere ⁊ docere: vt. C. ō mathema. l. culpa: ⁊ ex binario actu videtur trahi crimen ad cõsuetudinẽ: ⁊ idem est de his qui studẽt vel tenẽt libros hereticoꝝ nisi statim illos destruãt: similiter qui eis reuerentiã exhibent ꝟm mores suos: vl̃ ab eis recipiunt ꝓsolationẽ vl̃ cõmunionẽ vl̃ man̊ impositionẽ aut similia: que pertinẽt ad rit̊ eorum: dicunt̃ etiam credẽtes: vt eo. ti. li. vj. c. filij: q̃ pari pẽa cũ heretic̃ iudicãt̃ vt e. ti. c. penl̃. §. fi. Receptores vero heretico rũ dicunt̃ illi ꝟm Jo. an. qui scienter hereticos recipiũt in suis domib̊ ⁊ eos occultant: vt sic manus inquisitoris euadãt: vt ff. de receptator̊. l. j. ⁊. ij. C. de his q̃ latro. occul. l. j. vbi dicit̃ q̃ grauius punit̃ q̃ scienter receptat ⁊ associat fugientez q̃ q̃ solum latitantem occultat: ⁊ ꝟm Zachi. sufficit q̃ semel eos receptat: vt li. vj. de penis. c. felicis: si tamẽ receptatus erat cõsanguineus receptantis mitior erit pena: quia p̃sumit̃ hoc facere sanguinis affectione potius q̃ cõtemptu fidei. Defensores ꝓinde hereticorũ dicunt̃ q̃ vl̃ publice defẽdũt errozẽ coꝝ ⁊ hi dicũt̃ heretici manifesti: de verbo. sig. c. super quibusdã: ĩmo dicunt̃ heresiarche. xxiiij. q. iij. c. qui aliorũ: ⁊ tales sunt peiores hereticis: vt dicit̃ ibidem vl̃ etiam qui defendunt hereticũ ne capiatur: puniatur ⁊c. ⁊ hoc directe vl̃ indirecte per se vl̃ per alios qualitercũq̃: tales non damnarent̃ ꝓ hereticis q̃uis insurgat cõtra eos heresis suspitio propter quã ẽ eis indicenda purgatio. Fautores autem ꝟm Zachi. dicũt̃ tribus modis. Primo omissione vl̃ negligẽtia scz nõ puniendo cũ potestatem habeant ⁊ hereticos puniendos agnoscant: vl̃ negligẽdo. ij. q. vij. c. negligere cũ posset perturbare peruersos nihil aliud ẽ q̃ fauere: vel etiã nõ iudicãdo cuz ad hoc teneant̃. Secũdo cooperatiõe ⁊ facto visitando sustentando ad euadendum auxiliũ vel fauorẽ prestando. Tertio consilio ⁊ verboꝝ prolatiõe scz excessus excusãdo ꝓ eis intercedẽdo: deniq̃ ab excõicatione p̃dicta põt eos absoluere: q̃ papa sibi nõ reseruauit. Tertia excõmunicatio est de sepeliẽtib̊ tẽpore interdicti vl̃ publice excõicatos: noiatim interdictos ⁊ manifestos vsurarios: que ponit̃ in cle. de sepul. in. c. eos qui ꝓprie temeritatis audacia defunctorũ corpora nõ sine cõtẽptu clauium ecclie in cimiterijs interdicti tpe in casib̊ nõ ꝓcessis a iure vl̃ excõmunicatos publice aut noiatim interdictos vl̃ vsurarios manifestos scienter sepelire p̃sumpserint: decernim̊ ipo facto excõmunicationis sentẽtie subiacere: a qua nullatenus absoluant̃ nisi prius ad arbitriũ dioc̃. ep̃i eis quibus per p̃missa fuerit iniuria irrogata satisfactionẽ exhibuerint cõpetentẽ: nullo eis circa premissa exemptionis vel quouis alio priuilegio sub quacunq̃ forma verborum ꝓcesso aliqualiter suffragante: hoc ibi: et sic ꝟm glo. hec sententia includit quoscunq̃ etiam religiosos cuiuscunq̃ ꝓfessionis Idem Lauõ. ⁊ Henze. quia littera loquit̃ indistincte: etiam feminas ꝟm eosdem cõprehẽdit: ar. xvij. q. iiij. c. iij. c. si ds suadẽte. ⁊ de sen. ex. c. mulieris; dicunt eñ q̃ in istis constitutionibus iuris cõmunis etiã penalib̊ masculinũ ꝓcipit femininũ propter auctoritatez ꝓditoris: ⁊ quia fiunt cũ magna maturitate: vnde p̃sumit̃ q̃ nihil ĩquũ contineat: ⁊ idem dicit Lauõ. de institutionib̊ factis per p̃latos ecclĩarũ: ꝓ quibus etiam p̃sumitur q̃ nihil iniquũ cõtineant: secus tamẽ dicit de statutis principum secularium: que frequenter odiose promulgant̃: vnde in talibus odiosis masculinũ nõ cõcipit femininũ sed in fauorabilibus sic: femininũ nunq̃ ꝓcipit masculinũ quia ꝓtra naturam esset quã ars quantuz potest imitat̃. De illo autem verbo ex contemptu dicit Henze: q̃ ex contemptu etiaz als nõ ligandus ligatur: vt de cler. ex. c. si celebrat: ⁊ dicit Stephanus q̃ ꝓtemnere ẽ mandatũ nõ curare: vt. xj. q. iij. excellentissimus: ⁊ q̃ ecclesie potestas nõ est ꝓtemnẽda: eo. ti. nõ cõtemnat: ⁊ q̃ tunc ex contemptu quis transgredit̃ quando voluntas eius subijci rẽnuit ordinationi legis: ⁊ p̃cedit ad faciendum cõtra legem agit: quãdo autem propter causaz particularẽ inducitur: nõ dicitur ex contemptu facere: nisi ex eadem causa delictum frequenter itereturz ⁊ q̃ non facile dispensatur cum eo qui contemnit: ⁊ ideo in litteris de stilo curie solet apponi clausula: dũmodo nõ in contemptum clauium: nec excusatur q̃s ō mãdato sui prelati sepelit contra cle. istam: q̃ cum sit hic prohibitum nõ tenetur obedire prelato ⁊ posset illi condicere: vt. xj. q. iij c. si domin̊. c. nõ semper. c. iulian̊. de tẽp. or. c. ad aures. Preterea super verbo cimiterijs: dicit glo. q̃ si talis sepelitur in loco priuato: non est locus huic pene: etiam si locus ille sit contiguus cimiterio ⁊ videtur velle glo. q̃ oportet locum esse deputatum cimiterio ⁊ benedictum. Dicit tamen Stephanus sufficere: q̃ locus sit deputatus sepulture etiam si nõ sit benedict̊: als enim illuderent̃ iura: cum multa sint loca sepulture deputata q̃ tñ nõ sũt bñdicta ⁊ intellige loca deputata ad sepeliendũ corpa eoꝝ q̃ nõ sũt excõicati ⁊c. Argumẽtum est de ecclesia non consecrata que gaudet immunitate eo q̃ ibi diuina celebrant̃: vt eo. ti. c. j. ⁊ de conse. eccle. vl̃ alta. c. fi. nõ enim potest negari quin sit cimiteriũ ex quo deputatum est sepulture ergo locus est huic littere: ⁊ hoc verum est si diu reputatũ est pro cimiterio: quia tunc presumendũ videtur q̃ fuit benedictum nisi constaret cõtrarium: nõ enim dicitur proprie cimiterium nisi proter benedictionem: vnde Jo. an. super hanc cle. dicit q̃ cimiterium est locus ad vsum cimiterij per episcopum benedictus: vt de conse. di. j. c. nemo. concor. Jo. calõ. ⁊ Job. de lig. ⁊ hoc oportet fateri q̃ tum ad penam excõmunicationis ꝗ impositam que maxima ẽ. Et nota q̃ licet regulariter episcopus se nõ debet intromittere de loco exempto: vt de offi. ordi. c. graue. ⁊ sic loquitur Inno. de priuil. c. ad hec: tamẽ ꝗ sibi permittit̃ quo ad potestatem ⁊ penã de qua hic. Ad maiorẽ tamen euidentiã in hoc. c. sunt quattuor excõmunicationes distincte. Prima est de his q̃ in cimiterijs tempore interdicti sepeliunt corpora defũctorum in casibus a iure non concessis: de quo queri potest: an qõ hic dicitur de iter dicto procedit siue sit generale siue speciale. Ad hoc respõdet Lauõ. q̃ dũmodo procedat a claue siue ꝗ fiat a iure vl̃ ab homie: vt de excess. prela. c. tanta. de ꝓsuetu. c. cum inter: de elec. c. vbi periculũ: secus tamen dicit in casu qui ponit̃ de offi. ordi. c. si canonici. c. q̃uis. in. vj. ⁊. c. q̃ translationez: de tempo. ordi. Item. c. is qui. de sen. excõ. in. vj. ⁊ extra ō ista. regula. c. super quodã. c. monachi. ⁊ in glo. quia talia interdicta non procedunt a claue. Idem Paulus et Henze. Et si queris qui sunt casus a iure concessi. Respondet glo. Primus ẽ quando agitur de sepultura clerici qui seruauit interdictum: nam tali tempore interdicti sepultura conceditur cum silentio: tamen ⁊ sine pulsatione campane: vt in. c. q̃ in te: de pe. ⁊ re. Secundus est in priuilegiat̃ circa ꝓfrẽs: de quib̊ ĩ. c. vt p̃uilegia: extra de priuil. De tertio vero casu dubiuz

est an scz in quattuor festis anni inquibus tempore interdicti possunt alta voce diuina celebrari pulsatis campanis ⁊ ianuis apertis: vt habetur in.c.alma mater: de sē ex.in. vj.possint etiā mortui sepeliri: glo. tenet hic q̃ nō licet tunc mortuos in cimiterio sepeliri: ꝗuis multotiens fuerit contrariū obseruatū. Et hoc bene ꝓbat. c.cuz ⁊ plantare.§.q̃ si: de priuil. ⁊ p.§.vlt. in.c. alma: nā pagraph⁹ ille qui diebus illis ꝑticipationem diuinoꝝ cōcedit loquit̃ de audiendis officijs nō de sacramētis. Idez tenēt Pau. ⁊ Henze. ⁊ hoc est tutius: quia ō iure tēpore interdicti prohibent̃ celebrari diuina ⁊ sepultura ac ꝛferri sacramēta: a quo iure recedi nō debet nisi quat⁹ reperitur exceptū: ⁊ idem tenet Jo. de lig. ī tractatu suo de ecclīastico interdicto licet Jo. cal. ꝛtrariū teneat. Et si q̃ris an hec pena locū habebit si illi de loco interdicto sepeliunt aliquē ex̃ locū interdictū existentem de loco interdicto. Ad hoc rñdet Pau. q̃ si locus est interdict⁹ ꝓpter delictū dñi terre: tūc nō habet locū: secus aūt si ꝓpter delictū populi: vt li. vj. de sen. ex. si sīa: tñ q̃ ad casū hui⁹ cle. nō sufficit q̃ sit de loco interdicto nisi noīatim sit interdict⁹. Secunda vero excōicatio ē de his q̃ publice excōmunicatos sepeliūt. Et si q̃ritur de quibus excōicatis hic loq̃tur. Rñdet glo. q̃ de excōicatis tā ab hoīe q̃ a iure: dūmodo maiori excōicatione nō aūt minori. Idē Pau. Henze. ⁊ Pau. ratio ē: q̃ nomīe excōicationis intelligit̃ de maiori sīa: de sen. excō. c.si quē: vel quia minor excōicatio nō sic ī̄ficit sicut maior: quia taliter excōmunicato nō ꝓhibet̃ ꝑticipari sīc̄ excōicato excōicatiōe maiori: dicto.c. excellentissim⁹. Hic ꝓiter dicitur q̃ excōicatio nō trāsit ad tertiā personā. Per talē insup sepulturam factam de excōicato excōicationi minori nō indiget ecclia recōciliatiōe: ⁊ addit ꝗ glo. sup verbo publice: q̃ ꝗ iudicabit̃ ex qualitate fori scz multitudine vl̄ paucitate officialiū ⁊ astantiū: vtrū excōicatio dicenda sit publica vl̄ publicat̃: ita q̃ in hoc rei veritas pōderat̃: vt q̃ ad hūc casum videant̃ an p̄sumant̃ sepelientes scire vl̄ saltē sit casus q̃ sit eis imputandū si ignorarūt q̃ publice sciebat̃: alꝭ posset ē occultus licet p iudicē in banco coā duob⁹ vl̄ trib⁹ ꝓmulgata fuit: ad ꝗ mouet mens ⁊ rō iuris q̃ est p̄pōderāda verbis: ⁊ sic nō est loc⁹ huic pene: q̃ nō p̄sumit̃ sciuisse fm glo. Pau. et Stepha. Idem Henze. q̃ addit q̃ etiā si sciuisset nō est locus huic pene: q̃ nō deb⁹ extendi nisi ad publice excōicatū. Sepelient̃ tū occulte excōicatū maiori excōmunicatione semp incidit minorē excōicationē: quia cui nō excōicamus viuo nec cōicare ꝛz mortuo: vt dicit glo. in.c.ad ꝗ. de priuil. ⁊ idez Hein. boyc: e.c. Si vero publice excōicatū scienter sepelit in cimiterio: incidit maiorē excōicationē vt hic. Tertia ꝓinde excōicatio est ꝛtra sepelientes noīatim interdictos: q̃ excōmunicati sūt: de qua queri potest q̃s dicatur noīatim interdictos. Ad ꝗ respondet Nau. q̃ is noīatim interdictus dicit̃ qui in sentētia nominatim est expressus: per id q̃ notat Jnno. de preben. c.ī lateranen. dicit etiā q̃ talis expressa noīatio requiritur etiā de his quoꝝ culpa vl̄ fraude latū est interdictum: ⁊ de his q̃ prebuerunt auxilium vl̄ fauorem: de sen. ex. c. vl. li. vj. q̃ si notoriū est de fautorib⁹ qui dederūt occasionem interdicto nō tamē erit locus huic pene: q̃ non sunt nominatim interdicti: etiam si in sentētia fuisset quis interdictus cum fautoribus suis: quia nō ex eo q̃ notorie fauent dicunt̃ nominatim interdicti: ar. de cle. ex. proposuit: cuz hec cōstitutio sit penalis que restringenda est: vt li. vj. de elec. c. statutū. Quarta deniq̃ excōmunicatio est qua sepelientes vsurarios excōmunicantur. De quo queri potest quis sit vsurarius manifest⁹: dicit ꝗ Matheus q̃ manifesti dicunt̃ vsurarij qui ex libris eorū cōuinci possunt: vt in cle. vna. de vsur. vl̄ si coram sacerdote confitet̃: qui quo ad hoc est eius iudex: sed addit Job. an. li. vj. de vsur. c. quāq̃. q̃ in hoc casu necessarij sunt testes quod placet Jo. de lig. quia confessio in foro penitentiali nō facit rem notoriam. Archidia. in dicto.c. dicit q̃ quantum ad illud. c. sufficerent argumēta cum fama de vsuris. c. cum in dioce. ibi si cum alijs argumentis maxime si tenet altare paratum dicitur manifestus vsurarius: ⁊ nota in.c.j. ⁊. ij. de vsur lib. vj. q̃ omnes predicti velut manifesti vsurarij carere debent ecclīastica sepultura: nisi cauissent de restituendo vsuras fm formam decretalis: quāq̃ de vsuris: in. vj. ⁊ hoc per se vel per alium habentem speciale mandatum ad cauendum: quia vt dicitur in regiur. Qui per alium facit est per inde ac si faciat per seipsum. Hic queri potest: an portantes predictorum corpora ad se

pulturam ⁊ cōcumitātes sepulchrū fodiē̄tes fabricantes aperientes: ⁊ prelati clerici ⁊ ministri ecclesiaꝝ in quibus sepeliunt̃ non ꝓhibentes ⁊ cereos cruces ac similia portantes hic sint similiter excōmunicati. Ad hoc respōdet Jo. cal. q̃ si cum diuino officio sepultus est: pculdubio videtur q̃ omnes p̄dicti dicta excōmunicatiōis pena ligātur: quia hoc casu sunt oīno ꝑticipes criminis siue coopatores: ad hoc ō sen. ex cō. c. nup. c. si concubine. Si tamen sine diuino officio sepultus est etiam ī cimiterio: licz turius sit dicere p̄dictos omnes ē̄ ligatos: tamē licz trepido credo istos nō ligari dicta pena: sed quia videnī generaliter cōtemnere ꝓhibitionem: arbitraria pena puniri poterunt etiam p iudicem ecclesiasticum: vt de offi. dele. c. ō causis. Stephanus autē dicit hunc casum non dubiū cuz ꝑticipent sepelientibus ⁊ sic in crimine dānato. Dicit tamen Frā. de zab. post multa scripta doctoꝝ: ⁊ putat q̃ hic soli sepelientes vel hoc fieri faciētes sunt excōmunicati: ⁊ p sepelientibus intelligo eos q̃ actualiter mortuū humo vel tumulo cōdunt: vt dicit̃ in glo. Lapus tenet cum Stepha. et dicit Jmola q̃ hec pars videt̃ verior: alꝭ enī posset illudi p̄sens cōstitutio q̃ scz oīa funeralia pompose expedirent̃ ⁊ q̃ tandē vnus solus ribaldus vel vilis p̄sona sepeliret euz: deniq̃ omnes p̄dictas sententias absoluere pōt ordinarius post debitaz satisfactionē: eo q̃ non est absolutio reseruata: vt de rebus eccle. nō ali. cle. j. vbi de ꝗ: ⁊ dicit glo. q̃ si sepulti sūt publice excōmunicati vel nominatim interdicti vel vsurarij manifesti: ꝛtra dictam ꝓhibitionem debent exhumari si possūt corpora discerni: verūtamē alius sepultus tēpore interdicti nō est exhumādus: p̄sertim post relaxatū interdictū: quia si nō esset ibidem sepult⁹: tūc post interdictū laxatum sepeliri deberet: ergo a fortiori sepultus nō exhumabitur nisi manifeste decessisset impenitens: similiter fm Jnnoc. Pau. Guil. ⁊ Stepha. durante adhuc interdicto exhumādus ē.

Ultima excōmunicatio de hac materia ponit̃ in quadā extrauagan. Bonifa. viij. que incipit: detestande feritatis: cui⁹ mentionem facit Jo. an. in.c.eos: de sen. excō. in nouel. ⁊ alij doc. sup rubrica de sepul. in qua papa excōmunicat omnes etiam si pontificali dignitate fulgeāt: qui corpa defunctorum tā inhumaniter ⁊ crudeliter ꝑtrahabant vel ꝑtractari faciant scz exenterādo dimēbrando decoquēdo vel similia faciendo vt ossa transferant alibi sepeliēda: sed debent ad tempus tradi sepulture vt ī cineratis corporib⁹ ossa transferant̃ vel cū corpore debent ossa transferri: et est casus pape reseruatus: huic tamen pene loc⁹ nō est: si talis decesserit in locis vbi nō viget cultus catholice fidei: nec etiam in loc⁹ vicinis vbi posset trāsferri corpus ad sepeliendum. Ad laudem dei.

De excōmunicatione in generali quā quis icurri potest p violētā iniectionē man⁹ in clericū vel religiosam p̄sonam: Sermo XVII

Non occides. Exo. n xx.

Congrue satis nunc videdū est de excōmunicationib⁹ q̃s q̃s incidit inijciens manū violentā in clericū vel religiosum. Et primo de excōmunicatiōe que ponit̃. xvij. q. iiij. c. si quis suadēte diabolo: huius sacrilegij vitiū incurrerit: q̃ in clericum vel monachum violētas man⁹ iniecerit: anathemat̃ subiaceat vinculo: ⁊ nullus episcoporum illum p̄sumat absoluere nisi mort̃ vrgente periculo: ꝗ ibi.

Ad cuius euidentiā queri potest que requirunt̃ ad hoc vt quis canonē istum incurrat. Ad hoc dicendū: q̃ quattuor req̃rūtur. Primo q̃ clericus pcussus priuilegiū non amisit clericale: de quo ꝓz supra. Hinc enī verberans clericum degradatuz ⁊ curie seculari traditū: non incidit in hūc canonem: quia fm Hosti. talis nō retinet priuilegiū clericale: vt de iudi. c. cum non ab homīe: secus tamē si non sit tradit⁹ ꝗuis degradatus: vt. lxxxj. di. c. dictū: nam ibi dicit̃ q̃ talis depositus debet clericaliter viuere: vnde credit Jo. an. in.c. degradatio: ō penis: li. vj. q̃ verbaliter depositus ⁊ degradatus retinet priuilegiū clericale: sed actualiter degradatus ⁊ curie seculari traditus clericali p̄uilegio nō gaudet ⁊ simile dicēdū de clerico heretico manifesto curie seculari tradito: fm Jnnocē. Jo. an. Uin. ⁊ Asten. Addit insup Jo. de de lig. in suo tractatu de censu. eccli. q̃ pcutiens clericū non baptizatū ad ordines p motum nō ē excōmunicatus. Cuius ratio est: q̃ nō baptizatus nō recipit characterē ordinis: cum baptisin⁹ sit ianua oīm sacra

mento: vt de psby. non bap. p totuz: pcutiens tamē p saltū pmotum incidit ī canonem: cui ratio ē: quia talis recipit charaterem rōne cuius ei competit emunitas: vt in. c. j. de clēr. p sal. pmo. Et nota q fm canonistas sūt nouem ordines: verberās igit quēcūq habentē vnum de illis ordinibus: etiam laicū illitteratū sacrū ordinē recipientē hunc canonem incidit: vt notat Hein. boyc: in. c. vt fame: de sen. excom. verūtamen verberans clericuz pmotum ad ordines coactione absoluta nō incidit canonem: vt notat de baptis. c. maiores. Si vero coactione cōditionali: tunc etiam nō gaudet priuilegio clericali nisi tacite vl ex presse pmotionem ratificauerit: ⁊ tūc etiā continere tenet si ad sacrum ordinem promotus est: vt no. in. c. vbi dicidisti. lxxiiij. di. Similiter verberās fratres tertij ordinis de simplici regula non sunt excōmunicati fm Job. an. in. c. cum ex eo. de sen. ex. in cle. ⁊ ideo fm Jo. calō. quia non sunt psone ecclesiastice stricte ⁊ ppie loquendo: quia nec sunt clerici nec religiosi: cuz non sunt pfessi religionis p sedem apostolicā approbate: nec pmittunt ꝓtinentiam obedientiā regularē nec pauptatē sed est quidam modus viuendi approbat: ⁊ hoc ē verum nisi habeāt aliqua priuilegia apostolica: tunc enī iudicandū est ex tenore illoꝝ vt de priuil. c. porro: ⁊ c. recepimus: hinc dicit Fran. de zab. q si sunt astricti ordini ppetuo: sic q nō possunt egredi: censendi sūt ecclesiastice psone tanq ppetuo deputati ad pium vsum: vt in cle. vna: de deci. l fi. ⁊ de priuil. c. p exceptionē: li. vj. Als q habeant in aliquib certum modum viuēdi: hoc non īmutat naturaz persone quin censeāt laici. Similiter verberās canonicam secularem fm doctores in cle. attēdētes. ¶. illas quoq: de sta. mo. non est excōmunicatus eo q viuūt vt seculares nec renūciant ꝓprio nec pfessionem regularē faciunt: nec statum nec religionē habent approbatū: licz ab episcopis visitari possunt siue sint exempte siue non: multomin verberās beguinā excōmunicatus est fm doctores. in cle. de reli. do. ¶. pdictis vero: verūtamē verberās donatū vel oblatū cū effectu: vt quia effectualiter se et sua donauit alicui religioni approbate: iuxta clemē. j. ō deci. mutato habitu seculari lz ex toto nō habeat habitum illius religionis: incidit hunc canonē: quia tales gaudent eodem priuilegio sicut religiosi veri: vt dicto. c. p exceptionem: ⁊ ibi Joh. an. in nouel. ⁊ idē dicit Hein. boyc: in dicta cle. j. si tamen deserint tm̄ partē bonoruz partem sibi reseruantes tunc non gaudent eodem priuilegio. Deniq licz nouicius in religione approbata non sit religiosus effectualiter do nec tacite vel expresse sit pfessus: tamen illum verberans est excōmunicatus: vt est tex. in cle. in. c. religioso: de sen. excom. li. vj. nec obsistit q ad seculum redire posset quia idem est in clerico seculari in minoribus ordinibus ꝓstituto. Secundo principaliter requirit q sit factū: quia sola voluntas sine effectu subsequēte non sufficit vt quis incidat hunc cononez. Hinc dicit Ray. q eleuans pugnam: gladium: hastā vel baculum sup caput clerici volens eum pcutere: non tamen pcutiēs: non est excōmunicatus: cuius ratio est: quia canō iste requirit ad illationē pene dolosam voluntatem: quod pbat cum dicit diabolo instigante ⁊ factum cōsūmatum: nec sufficit attemptatio: vnde dicit Job. an. q p solam attemptationē nullus ꝓcidit nisi ad actus cōsūmationem puenerit: similiter fm Inno. in. c. nup. ij. de sen. excom. compellens clericum p metum vt sibi aliquid det: vel de fundo exeat: nō est excōmunicat: quia non fit iniectio manuū in clericum nec in res illi adherentes qō canon iste requirit qō Jo. de ligna. credit verū: si metus tm̄ ē verbalis non realis per ꝓtractum psone: verūtamen si quis clerico metum ingerat adeo q se pcipitat in aquaz vel aliud euidens periculum vt euadat: tunc fm Ray. Hoff. ⁊ Hosti. ē excōmunicatus: secus aūt si clericus fugiēdo ledat. Hic queri pōt de intellectu excōmunicationis que ponitur in. c. si quis: de sen. excom. li. vj. vbi dicit tex. Cum quis absq tuo mandato manus iniecerit in clericum tuo nomīe violētas: si hoc ratum habueris: excōmunicationē latam a canone incūctanter incurris: cum ratihabitio retrotrahat et mandato debeat comparari. Si vero iniectio eadez tuo nomine non sit facta tunc licz habēdo ratam eandē: nō tamē ꝓpter hoc excōmunicationis illi vinculo inodaris: cum q ratum habere nequeat qō eius nomīe nō est gestum: hoc ibi. Utrū mandans: autorizans ratum habens vel ꝓsulens q clericus pcuciat excōmunicationē incurrat. Ad hoc respondet Hein, boyc: in. c. mulieres: de sen. excom. inter alia: q si mādans moriē ante manuū iniectionē factam: tūc dicit Berñ. hic in ver. sed pone: q non est excōmunicatus: quia mandatū morte extinguitur: vt. ff. mandati. l. inter causas. Idem tenet Uincē. ⁊ Inno. in dicto. c. mulieres: dicit tamen Hosti. q si nō penituit satis est excōmunicatus: cum constet q in mortali decessisset. Idem Lan. Hoff. q dicunt q excōmunicatus nisi mandatū ante mortem reuocauerit: ⁊ maxime cū in eadē volūtate decedere intelligat: vt ō baptis. c. maiores: ⁊ bene quis excōmunicat post mortem: vt patet. xxiij. q. ij. c. sane pferē. Idē Archi. lxxxviij. di. c. fi. ⁊ eo. ti. cū q: li. vj. ⁊ ꝑ videt tuti. Si ꝏ nō moriē añ ꝑ penituit ⁊ reuocauit añ iniectionē q reuocatio ad mādatariū añ iniectionē puenit: ⁊ sic nō ꝓcidit: aut tam tarde reuocauit q ad eū añ iniectionē venire nō potuit: ⁊ tūc dicē Jnno. q lz ō culpa redargui ⁊ puniri valeat: tm̄ ī canonē nō ꝓcidit: nisi q dolo fecit: nō enī ligat eū q ē in charitate als eēt iniqua ⁊ iniusta: nec fertur nisi p mortali. Berñ. tamen ⁊ Hosti. dicunt cōtrarium p l. ſt mandasti. ff. mādati: ⁊ ideo dicit Astē. q talis quo ad deuz nō est excōmunicat: tamē quo ad ecclesiam excōmunicat est: qō videt verū fm Job. an. eo. ti. c. cuz q glo. ij. li. vj. De ratū vero habēte dicēduz: q si factum fuit eius nomīe ⁊ postea ratū habuit tanq nomīe suo factuz: tunc canonem incidit: quia ratihabitio ī maleficijs retrotrahit ⁊ mandato cōparatur: vt hic inter: secus tamē si nō haberet ratam tāq nomīe suo factam: sed vt q libet alius qui dicit: Benedictus deus qui talis ꝏberatus est: quia malus erat: ⁊ tunc nō incidit canonem: p ea que notat Archiō. ij. q. iiij. c. auditum. Si vero ratū habuit tūc q dem incidit in canonē: non tamen a tēpore iniectiōis sed a tēpore ratihabitiōis: vt notat Archiō. in. c. omnes: in fi. xvij. q. iij. ⁊ Jo. an. in hoc. c. cum quis: in verbo: incurris: qui addit q si istaz ratihabitionē in corde tenuerit: ita q de ipa nō possit fieri fides: tunc licz talis quo ad deuz sit ligatus: nō tamen quo ad ecclesiaz militantē que non iudicat ō occultis: vt patet ō simo. c. sicut tuis. Idem Hosti. in dicto. c. mulieres: et glo. in dicto. c. omnes. De cōsulente aūt dicendum: q etiaz incidit in canonem: quia cōsentire videt delicto: imo causam dat efficacem: vt de sen. excom. c. quāte. Nec mirum cum talis etiam secuto homicidio homicida clerici censetur: vt patz de homic. c. sicut dignuz. ¶. qui vero: ⁊ ¶. fi. ⁊ c. significasti. ij. ¶. j. hoc tamē intelligit sane cum iniectio manus ex tali consilio secuta est: vt pbant iura inducta: vl quādo pticipat in crimine pcedenti: vt eo. ti. c. nup. ¶. in se cūda: fm Host. Hein. boyc: inē alia. Tertio pncipaliter requirit q hoc fiat aīo iuriandi: nā fm Hein. boyc: in. c. si. ꝏ. de sen. ex. si q pcutit clericū causa tuitionis vel defensiōis tm̄ nō est excōicatus: vt eo. ti. c. ex tenore: ibi: nisi se defendēdo: qō verū ē nisi ī defendēdo se modū excedat: qō sic est intelligendū: qz si clericus pcussit semel laicū nō intēdēs amplis pcutere: et de hoc laicus sit certus: tūc nō debet pcutere clericū: alioq n ē excōicat. Si ꝏ clericus venit ad pcutiēdū vel se parat ad itez pcutiendū: aut de hoc laic pbabilit dubitat: tūc licet laico pcutere clericū ad īminentē violentiā repellēdā: fm Jnno. ⁊ Hosti. dicto. c. si ꝏ. ¶. si vero pmū: ⁊ ō homic. c. significasti: siliter si pcutit clericum ad defensionem ⁊ tuitionē primi: puta patrē mātis vxoris filij vel familie: tūc etiā nō est excōmunicat fm Jnno. ⁊ Jo. an. Q si vellet clericus aliū occidere capies eū ⁊ ligabis anteq aliuz occidi pmittas: ar. xxij. q. ij. c. ne quis arbitret: circa fi. imo si hoc timore illum casu occidas non es excōmunicatus: lz sis irregularis fm Jnno. ad ꝑ de homic. si furiosus: in cle. Jo. an. Si tamē pcutit clericū p tuitione rez ⁊ in pcutiendo modum excedit: tūc canonē incidit: vt de homic. c. suscepimus. Si autē modū nō excedit: tunc non solum psonam sed etiaz res suas defendendo vel incōtinēti repcutiendo: vel etiaz res alioz quod plus est: nō ē excōmunicat: vt dicto. c. suscepim: vbi dicit q tūc solū tenet quādo modum excedit fm Jnno. Hoff. ⁊ Ray. Preterea: in dicto. c. si vero: fm Hein. boyc: si q inuenit clericum turpiter agentē cum vxore matre sorore aut filia ppria: si tunc pcutit eum citra mutilationē vl mortem: non est excōmunicat: si vero mutilat vel occidit eum: tunc dici pōt q tali parcit quo ad excōmunicationē quasi tam iustum dolorem cōpescere nō posset: vt dicit ibidē glo. ar. C. de. l. iulia: ō adulter: ⁊ lex pmittit īpm occidere sic inuentū. ff. ō adul. q ait lex. ¶. q ait: als ex iteruallo nō liceret: tuti ē tm̄ dicere q ī canonē incidūt. Et nota q pdi-

eta etiam intelligunt de vxore putatiua lz ratione impedimenti ppetui non potest eē vxor: fm Uin. Hof. ⁊ Job. an. Q si nō inuenit cum turpiter agentē sed solum cū sola sedentē ⁊ ꝓfabulātē: tūc pcutiens nō incidit in canonē fm Hosti. ⁊ Job. an. fallit tamē in casu vbi maritus aliquem ter monuisset ne cum vxore sua ꝓuersaret: ⁊ tunc eum detinere pōt p. xx. horas et pſentare iudici: vt. lxxxj. di. c. pſbyter: ⁊ hoc videt de iudi. c. cum non ab homine: licz in alijs criminib⁹ hoc fieri non pōt: et addit text⁹ in dicto. c. si vero: q̄ si inuenit clericuz turpiter agentem cum alia muliere q̄ cū vxore matre sorore vel filia ꝓpria: ⁊ inijcit manus: excōmunicatus est. Ad maiorē aūt euidentiam sciēdum q̄ generaliter verberans clericum nō animo iniuriandi ꝑ corrigendi: non incidit canonē dūmodo modum non excedit et auctoritate iuris ꝑ facere possit: vnde ponunt aliq̄ casus extra de sen. excom. c. cum voluntate: in quibus clericum corrigere licet. Primus est rōne officij quod quis ī ecclesia obtinet: cuius pretextu si clericus est: potest alium in minoribus dūtaxat ordinibus cōstitutū causa correctionis leuiter percutere: vt hic vl etiam turbantē diuinū officiuz de ecclesia potest eijcere tam clericum q̄ religiosum: etiam si eum non habet aliquā iurisdictionem: vt in. c. venies: de sen. excom. fm Inno. Hosti. ⁊ Job. an. dūmodo non excedit moduz in expellendo: ⁊ addit Job. an. in c. periculosā: li. vj. ne cleri. vel mona. glo. penul. q̄ mōachus licite vi expelli potest: qui ꝓtra statutum illius capli scholas intrauit: sicut etiam clericus vel monachus excōmunicatus vel interdict⁹ tēpore diuinor ecclesiam intrās vi expelli possit: fm lauō. in cle. grauis: eo. ti. Et hec omnia intelligunt dūmodo non fit excessus. Officialis tamē laicus in clericum manus inijcere non potest eum pcutiendo etiaz ō mādato sui plati quin canonē incideret: nisi in casu ꝓut videbitur inferi⁹. Cuius ratio est: quia nulli laico sup clericū tāta datur auctoritas: nisi fortuito casu: nō ex deliberatione clericum ledat: vt eo. ti. c. si vero alicuius. Secundus est de clericis senioribus qui zelo deuotionis p̄dicta faciunt ⁊ eodem modo excusantur vt hic ⁊ dicto. c. veniens: vbi plane de hoc. Tertius ō hīs qui obtentu platiōis vel magisterij subditos ⁊ scholares correctionis causa leuiter pcutiunt. Dicit tamen boyc: in. c. vniuersitatis: eo. ti. q̄ si plātus ex ꝓposito scienter ⁊ maliciose debitaz correctionē excedit est excōmunicatus: ⁊ etiam illi qui ꝑ faciunt de ei⁹ mandato: siue hoc fiat capiendo: ad carcerem ducēdo cum scz calce pugno vel alio modo pcutit: non resistentem sed corrigi ⁊ obedire paratū quia leuis et moderata castigatio tm̄ est illi permissa: vt hic ⁊ in. c. vniuersitatz. Si vero debitā correctionem p se vel p alium non excedit: tūc pōt eum capere ⁊ incarcerare etiam p laicos: vt eo. ti. c. vt fame. §. laici ꝏ: vbi plane de hoc: ⁊. c. si clericos: ⁊ ō offi. or. c. cū episcopus: li. vj. ⁊ hoc verū est: lz etiam talis clericus nōdū incorrigibilis appareat. Similiter potest eum verberare animo corrigēdi p se vel p alium clericū vel religiosum: dūmodo fiat causa regular⁹ discipline: nō tamē est tutum vel honestū hoc facere per laicos ꝓuersos: quia. c. vniuersitatis non videtur hoc ꝓcedere q̄ hoc faciāt nisi per clericum vel monachum: fm Uin. ⁊ Job. an. p laicū secularem nullo modo licet ḋn canonem vterq̄ icidat. Quartus ē de parentibus ⁊ magistris q̄ verberāt vl man⁹ inijciunt in filios vel discipulos clericos: ō q̄bus dicit Hein. boyc: eo. ti. c. sup eo: q̄ si hoc faciunt non ex odio: inuidia vel indignatione: sed causa discipline vel correctionis: sed intēperate tunc sūt excōmunicati: ar. d. c. voluntate. Si moderate tunc nihilomin⁹ pater ē excōmunicat⁹ si man⁹ inijcit in filiū in sacris ordinib⁹ ꝓstituz: vt ibi. §. fi. secus autē si in minoribus tm̄: magister tamē nō est excōmunicat⁹ siue discipulus sit in sacris siue non: vt dicto. c. sup eo. c. ex tenore: ⁊. c. cum volantate. §. si vero: vbi generaliter loquit non distinguēdo inter discipulos existētes ī sacris et alios: naz leuis castigatio mgr̄is est pmissa: vt notat ibidē glo. ⁊ addit Fran. ⁊ Jo. in sum. ꝓfes. q̄ lz magister cum ira pcutiat nō est excōicatus ex q̄ causa correctiōis ꝑ faciat: si moueat p zelum ⁊ nō excedat modum: et Jo. an. in. c. vniuersitatz: putat q̄ quātacūq̄ sit cōmotio dūmodo nō ad pōnam sed ad crimē ⁊ correctiōis causa ꝑ faciat: excōmunicat⁹ nō erit. Et generaliter q̄ō dictū est de mgr̄o p oīa dicēdū ē de plato: ⁊ q̄ō dictū est ō parentib⁹ p oīa dicēdū est de dominis ⁊ supiorib⁹ illos de familia sua corrigentibus. Deniq̄ percutientes illos q̄ clericale p̄uilegium amiserūt: canonem non incidunt: de quibus patet supra.

Et si querit quid de clericis seinuicē iocose pcutiētibus: respōdet Hein. boyc: in dicto. c. sup eo: q̄ si tēperate et leniter se pcutiunt non incidūt in canonē: vt dicto. c. sup eo. j. clericī enī licituz est inuicē ludere etiaz se manualiter tēperate verberare: vt de homic. c. lato: sed quia sepe ō tali ludo puenitur ad iram ⁊ rixam: ideo tutius est abstinere fm Hosti. ⁊ Jo. an. quia si ex irz vel odio aut appetitu vindicte seinuicē pcusserint canonē incidunt: vt dicto. c. sup eo: in fi. similiter si se pcutiunt enormit ex cōmunicati sunt: qz ludus noxius ē in culpa: vt de pōstump. c. j. ⁊ ī glo. Quarto ꝑncipaliter requirit q̄ fiat dolose: vt notat Hosti. eo. ti. c. quāte: quia loquit de violēta iniectione: nō est aūt violētia sine dolo: dolus autē nō potest esse cum q̄s querit sibi ⁊ alteri ꝓdesse ac nulli obesse: lz ibidez videat esse quedaz violentia nō tamen iusta. Ad cui⁹ euidentiā dicit Hein. boyc: in. c. nup. ij. de sen. excō. inter alia: q̄ si violenter clericum capiēs in custodia trudēs ac detinens hoc facit ad sui defensionem: tunc fm Hosti. excōmunicat⁹ non ē dūmodo defensionis causa cessante libere pmittit abire: quoniā ipsa cessante nō censeret defensio ꝑ vindicta. Ad hoc dicto. c. si vero. Q si facit hoc non ad sui defensionez nec animo iniuriandi alteri: sed pot⁹ ip̄m saluandi ⁊ tuendi: tūc non est etiā excōmunicatus quia nō iniuria irrogat sed pot⁹ salus ꝓcuratur. xl v. di. c. cum beatus: fm Hosti. si vero non facit animo se tuendi vl illum saluandi: sed als zelo dei: puta quia facere vult homicidiū vel adulteriū: tunc lz modico tēpore teneat ip̄m inuitum ⁊ renitentē citra tamē iniuriā pcussionis non creditur eū incidere in excōmunicatiōez: ⁊ in hoc ꝓcor. Inno. Hosti. ⁊ Job. an. dicētes: q̄ si officialis vel quiuis alius talē capiat vel liget auctoritate ꝓpria: cuz instet periculū: nec alter posset ab alterius iniuria compesci: non est excōmunicatus ĩmo meretur: vt. xxiij. q. iij. c. fortitudo: cū duobus sequentibus: dūmodo tamen fm Hosti. ⁊ Job. an. q̄eito potest ip̄m plato restituat: als secus: vt dicto. c. vt fame. §. laici: de maio. ⁊ obe. c. solite. §. j. ĩmo pl⁹ dicunt Inno. ⁊ Job. an. ibidez scz q̄ si illum casu occideret non animo vindicādi sed alium defendēdi ne occidat non esset excōmunicatus: licz efficeret irregularis: ad hoc de homicīō. si furiosus in clemē. Preterea: si animo iniuriandi obsident eum in castro vel claudunt in domo non tamē vt euz ibi custodiant: sed vt verecūdiam inferāt tūc dicit Inno. q̄ non credit eum in custodia vel carcere retinere: quia hoc nō intēdunt nec violentiā eius pſone faciunt: nō ergo credit illos canonē incidisse: tēpus tamen sic eum detinendi clausū ne sequeret excōmunicatio limitanduz esset arbitrio boni viri. Si deniq̄ facit vt eū in gladio vibrāte sup caput eius illi mortē cōminando nt si turrim domuz vel custodiam intrauerit fm Hosti. ⁊ Job. an. incidit: etiam detinēdo siue fuerit in carcere clausus siue funibus ligatus siue custodibus vallatus ne quo velit ire possit fm Inno. Porro siquidem non inijcit manus violentas in clericū sed in res eidem adherentes: vt vestes vel frenum equi quem equitat vel in manibus tenet: aut alias res quas portat clerico sciente ⁊ inuito ⁊ hoc iniuriose: tunc incidit in canonem: si tamē eo nesciēte ⁊ furtiue tenet ⁊ aufert non incidit: quia nō intendit violentiaz inferre sed furto subtrahere. Verūtamē si auctoritate ꝓpria violētiam inferens rem illam potuerit inuadere ⁊ accipere ō iure: vt quia clericus debebat ei censum p domo quā inhabitauit et soluere cessauit per triennū: et sic licuit ei talem expellere: vt de locato. c. potuit: tūc non incidit canonem eum repellendo cuz moderamine: vel vim vi repellendo: vt de resti. spo. c. olim causam: fm Inno. Hosti. ⁊ Job. an. Siliter arrestans clericū asportantem res suas vel alias apud se depositas: non incidit fm Fran. lauō. Jo. in sū. ⁊ Asten. etiam si aufert ei dum est in asportando anteq̄ asportans ad locū destinatum se recipiat. Secus autē postq̄ ad locū puenit ⁊ possessionē facta adeptus fuerit: quia nō licet ei vsurpare ius sibi in re sua ex ĩteruallo. Deniq̄ qualitercūq̄ quis clericum ledat licz non manu: animo iniuriādi: canonem incidit fm Jo. de ligna. Hinc dicit Hostien. q̄ qui spuit in faciem clerici excōmunicatus est: quia fit iniectio in clericum. Similiter si sup eum effundit aquā oleum vl similia ad iniuriandi: fm Astē. Verūtamen si iniuriose violentiā inferēs errat in persona cui infert: vtpote percutiens Seyum clericū ⁊ credens seu volens pcutere Ticiū laicū: tūc dicit Hein. boyc: in. c. si vero. ij. eo. ti. q̄ fm ꝓbabiliorē opi-

nionem non est excõmunicatus quia si er/
ro: solius qualitatis excusat a pena: vt in
dicto.c.si vero:magl excusare debet error
qualitatis ⁊ psone: nam sola temeritas et
violentia in hoc considerat: ⁊ idem tenet
Joh.an.hic concor.etiam Innoc. ⁊ Ray.
nisi a deo esset crassa ignorantia q colorẽ
excusationis non haberet. Si pinde pe/
tiens errat non in psona sed solus in quali
tate: vt pcutiens clericum credens eũ esse
laicum: ⁊ est pbabilis ignorantia :quia vi
det eum in habitu laicali non gerentem se
p clerico: vel credit eum habitum clerica/
lem ludo esse impositũ: ⁊ pbabilem habet
causam hoc credendi: ⁊ tũc non incidit: vt
dicto.c.si vero. Idez Tan. Hoff. ⁊ Jo.an.
⁊ pbatione deficiente quo ad ecclesiaz mi
litãtem si velit iurare q hoc ignorabat cõ
scientie sue relinquit: vt hic in tex. ⁊ ĩ glo.
scõa. Si tamẽ veritas est ĩ contrariũ a quo
ad deum ligatus est: et si postea denudat ĩ
penitẽtia apostolicã sedem accedat: leso sa
tisfaciet ⁊ de piurio penitentiã aget: ⁊ ad/
dit Inno.in.c.cuz non ab homĩe: eo.ti.in
glo.fi.q si clericum occidat ignorans euz
clericum: forte quia nocte eum occidit: nõ
credit eũ excõicatũ: ⁊ credit necesse esse q
dolus interueniat ⁊ q se pcutere clericuz
intendat. Ad laudem dei.

De absolutiõe ab excõmunica/ tione ppter iniectionem manuũ violentã in clericũ vel religiosam psonam: Sermo XVIII

O noccides Exo.

n xx. Jam ordine debito videndũ
est de absolutiõe sentẽtie quã q̃s
incurrit vigore illius canonis: si q̃s suadẽ
te diabolo.xvij.q.iiij. quis scilz absoluere
potest inijcientẽ manũ violentam in cleri/
cum vel religiosũ. Ad hoc rñdet Hasp.
de calõ.in.c.j.q̃ cle. vel mo.q de papa nul
li dubium est q̃n absoluit excõmunicatuz
p quacũq̃ iniectione manuũ in clericum:
vt dicit tex.in isto canone: ⁊ sicut hoc põt
p se sic ⁊ p alium habentẽ speciale manda/
tum ad hoc fm Ain.legatus etiam a late/
re pape: fm veriorẽ opinionẽ etiam ĩ enor/
mi absoluere potest. Et dicit Joh.an.q vi
dit aliquos legatos de latere absoluere et
aliquos abstinere: sibi tamen placet q ab
soluere possit: quia vices pape gerit vt de
sen.ex.c.ad eminẽtiã: ⁊ ō offi.lega. q̃ trãs
lationẽ: etiam si sit extra terminos legati/
onis dũmodo sit in via ac etiã aliunde ve
nientes: vt de offi.delega.c. excõmunicat.
De alijs vero legatis dicit q illi nõ absol/
uunt in atroci: equior est enĩ eoz potestas
q̃ legatoz de latere: nec enĩ absoluunt ali
unde venientes nisi ō speciali gratia eis vl
ecclesie sit amplius ꝛcessum: vt de offi.de/
lega.c.excõmunicatis: legatus tamẽ de la
tere dũmodo sit cardinalis capientẽ se nõ
potest absoluere : quẽ nullus pterq̃ papa
absoluere põt: excepto mortis piculo : vt ĩ
c.felicis.§.psenti: ō penis: li.vj. Episcop⁹
autẽ se capientẽ absoluere non potest :sed
solus papa: pterq̃ ĩ mortis articulo: vt in
cle.si quis: de penis: nec etiã aliũ absolue
re potest ĩ atroci graui siue enormi sine pa
pe mãdato: vt hic: nisi quãdo papa nõ põt
adiri: vt in.c.eos: de sen.ex.li.vj. in medi/
ocri vero ꝑuilegiatos absoluere potest: de
quib⁹ videbit infra. Jn leui deniq̃ absol
uit omnes: hec ille. Ad cuius euidentiã sci
endũ: q enormis aut grauis excessus vel
iniuria dicit si puenitur ad effusionẽ san/
guinis illi⁹ mẽbri ex quo defacili exire nõ
ꝛsueuit: si oculus effodiat: si vulneret :si
fustibus cedat: nõ tamẽ si leuis actus vel
vnguis aut virge pcussione sanguis exie/
rit transire pfitemur in atrocẽ iniuriam:
sed circa hoc nõ solum ip̃m factũ sed etiaz
facti qualitas pcutiendi ⁊ iniuriandi mo/
dus diligẽtius attẽdat: et ex circũstantia
loci: tẽporis et psone que sit leuis medio/
cris ac grauis vel enormis iniuria manife
stius cognoscat vt si facta est ĩ atrio: foro
coram iudice vel plato coram multis in ec
clesia vel loco publico: in cimiterio: dormi
torio: vel si facta ẽ magistratui: iudici ma/
gistro: domino: plato: patri: patrono aut ĩ
dignitate ꝛstituto: ⁊ hoc ab aliquo inferi/
ori ꝛtra normã iuris ⁊c. vñ dicunt Inno.
Hosti. ⁊ Joh.an. q quãdo lesio dicat gra
uis vel enormis: arbitrio iudicis cõmitti/
tur. Idem Specu. ꝑter tamẽ homicidiũ ⁊
membri mutilationẽ: ti.ij.§. nũc dicamus.
Dicit etiam crimen seuum :quia sine gra/
ui scando tolerari nõ potest: vt de sen. ex.
c.illoz: ⁊ maxime quãdo debet pena coz/
poralis fm legẽ: ⁊ qõ notat Joh.an. de re
nun.c. nisi cum pridẽ: sup glo. ex loco isto
vbi enumerat.xxiij.crimia que dicũt gra/
uia. Leuis autez iniuria cõmittit modica
pcussione vel impulsione pugne man⁹ pal

me: digiti: baculi vl lapidis: ita q ad liuo
rem vel mutilationẽ membri: fractionem
ad qō tenet mutuū recipiens: q̄ in consimili casu necessitatis tenetur sibi dare mutuū: etiam si prius illi nō mutuasset: nō tamen licet hoc sperare ex vi mutui sed tātū ex charitate mutuū accipientis: quia mutua beneficia charitatem accendūt: tamen si hac intentione mutuū traderet: tunc illi meritoriū nō esset: quia nō poneret in deū finem suū: contra illud. Luc. vj. Mutuū date nihil inde sperātes: scz ab homīe sed a deo. Secūdo queri potest: quare vsura est peccatū ⁊ obligat ad restitutionē. Ad ꝗ dicendū ſm Alex. de alexan. q̄ hoc est ꝓpter multas ratiōes. Primo quia facit cōtra naturā mutuate rei scz pecunie que nō parit fructū. Secūdo quia facit contra finem intentiōis pecunie: nam vt dicitur. j. Politice. pecunia fuit inuenta vt per eam fieret cōmutatio rei inter vendētē ⁊ ementem ꝓpter necessaria vite: ⁊ nō vt pecunia pecuniaz augeat sicut facit vsurariꝰ. Tertio quia facit cōtra naturā contractꝰ mutui qui debet esse gratuitꝰ: iuxta illō. Mutuū date nihil inde sperantes. Quarto: qz possidet sine titulo: quia dominiū illiꝰ nō transfert. Titulus autē hic vocat iustum initiū vl causa possidēdi: vt emptio venditio vl donatio. Ad cuiꝰ euidentiam sciēdū q̄ tribus modis transfert dominium. Uel enim transfert p naturā vt in successione: quādo scz res deuoluit a patre per mortē in filios: qō nō est in vsura vl dolo libera/litatis mere: vt in donatiōe: qō etiā nō est in vsura quādo p̄cedit intentio vel pactuz ĩterponit aut exactio subsequit: vl fit trāslatio rōne iuris: sicut equitate in venditionibus ⁊ pmutationibus: qō etiā nō est in vsura. Insup qz res mutuata statim fit illius cui mutuat ⁊ eius stat periculo: hīc vade iniquū est q̄ ex re aliena stāte alteriꝰ periculo velit habere lucrum. Porro sanctus Tho. scōa 2ᵉ. q. lxxviij. sup hac qōne rñdet dicēs: q̄ accipe vsurā ꝓ pecunia mutuata ē ſm se iniustū: quia vēdit id qō nō ē. Pro quo sciendū q̄ q̄dam res sunt quarū vsus est ipāꝫ rerum cōsumptio: sicut vnū consumit eo vtendo ad potū: ⁊ triticū ad cibuz: vnde in talibꝰ nō debet seorsum cōputari rei vsus ab ipa re: sed cuicunq̄ conceditur vsus ex hocipo cōcedit res: ⁊ ꝓpter hoc in talibus p mutuū trāsfert dominiū. Si q̄s ergo seorsum vellet vendere vinū ⁊ seorsū vsum vini: bis vēderet eandem rem: vl vēderz id qō nō est: ⁊ sic manifeste peccaret p iniusticiam. Et simili rōne cōmittit iniusticiā qui mutuat vinū vl triticū: petens sibi duas recōpensationes: vnam quidē restitutionē equalis rei: aliā vero p̄cium vsus qō vsura dicit. Quedā vero res sunt quarū vsus nō ē ipa rei consumptio sicut vsus domꝰ est inhabitatio nō autem dissipatio. Et ideo in talibꝰ seorsū pōt vtrūq̄ cōcedi: puta cū quis tradit alteri dominiū domꝰ: reseruato sibi vsu ad aliqō tempꝰ vel econuerso: ⁊ ꝓpter hoc homo licite pōt accipere p̄cium ꝓ vsu domꝰ: ⁊ p̄ter hoc petere domū cōmodatā: sicut pz in conductiōe ⁊ locatione domꝰ. Pecunia ſm phm. v. ethi. ⁊. j. Pol. principaliter est inuenta ad faciendas cōmutationes: ⁊ ita ꝓprius ⁊ principalis vsus eius est ipius cōsumptio vel distractio ſm q̄ ĩ ꝓmutatiōes expēdit: ⁊ ꝓpter hoc ſm se ē illicitū ꝓ vsu mutuate pecunie p̄ciū accipe qō ē vsura: ⁊ tenet ea restituere sicut alia iniusta. Et addit Alex. ō hales in. iij. pte sūme in tractatu p̄ceptorū decalogi ĩ expositione sexti p̄cepti q̄ si eo modo q̄ licet cōcedere equū vel domū pro lucro: posset etiā ꝓcedi pecunia vinū triticū ⁊ sil ia in quibꝰ vsura ꝓmittitur. i. q̄ vsu suo p̄ncipali ꝓsumūt vl distrahunt: tunc nō esset vsura si ꝓcedens aliq̄d recipet vltra sortē. Nam in locatione nō transfertur dominiū eiꝰ qō locat: qō si fieret in pecunia ⁊ alia re fenebri: vtpote q̄ tm̄ ꝓcederet ad pompā ⁊ ostentationē nec ad aliū vsuz: tūc liceret vltra sortē recipe: qz non transferret eiꝰ dominiū. Preterea si vsus pecunie vl similiū rex in quibꝰ vsura cōmittit in se pareret fructū ĩ locatōe vbi manet dominiū circa ꝓcedentē: tūc etiā liceret ꝓ ea recipe vltra sortē: licet etiā talia nō deteriorarent: qz ꝓ vsu vasoꝝ auri ⁊ argenti pōt aliq̄d recipi in locatione licet nō deteriorātur: vt dicit Richar. Tertio p̄ncipaliter q̄ri pōt: vtrū in aliquo casu ꝓtractꝰ vsurarius ab aliquo iure vl lege sit ꝓcessus vl permissus. Ad hoc dicendū ſm magistꝝ Berardū de senis ordinis heremitaꝝ quē recitat Jo. an. in suis mercurialibꝰ in regula pctm̄: q̄ duobꝰ de causis malū pmitti pōt. Prima ē ꝓpter bonū qō inde orit. Secundo ꝓpter maiꝰ malū qō inde vitat: q̄ tamē pmissio admittit in lege vl iure ciuili: non aūt naturali diuino vl etiā canonico. Unde dicit glo. ex ne cle. vl mo. in. c. iij. q̄ multiplex est recompensatio. Quandoq̄ enim compensatur minus malū vt maius euite/

tur: ⁊ hec compēsatio penitus inhibetur: xiiij. di. c: q̄ alt. vbi tangit de Loth q̄ tradere voluit filias ne ꝓmitteret vitiū sodomiticū: qō ibidē ꝓhibet nisi forte fieret in vna eadēq̄ psona: vt. xiij. di. c. j. ⁊. ij. tūc ē minꝰ malū est eligendū: vt ibidē ꝓsequit longo ꝓcessu. Quāq̄ vero maluz ꝓpensat ꝓpter seqlam alicuiꝰ boni: vt cū quis committit furtū vt pascat paupes vl subtrahit vxori debitū ꝓpter ꝓtinentiā: vel facit cōtra votū vel matrimoniuz vt aliq̄ christiana efficiat: oīs talis ꝓpensatio inhibet: vt in dictis ꝓcordantijs: ⁊ plane pz. xxx. q. j. c. nosse. xxxij. q. iiij. c. nō sūt. xxxiij. q. v. c. si dicat: q̄ tria capitula sunt multū notanda. Quāq̄ ꝓinde ꝓpensat damnū corpale propter bonū spirituale: ⁊ hec ꝓpensatio similiter ꝓhibet: vt. lv. di. c. si euāgelica. Quāq̄ ꝓterea cōpēsat dānū corpale ꝓpter bonū corpale: vt cū femina amittit florē virginitatis vt ei recōpenset ĩ fructu sobolis: ⁊ hec nō reprobat: vt. xxxiij. q. v. c. tūc salnabit. Quāq̄ et relaxatio iurꝭ ecclīastici recōpensat p acquisitionē aliquoꝝ: ⁊ hec similit admittit qā scz ē tm̄ ius ecclīasticū. xxxiij. q. iiij. c. ipa pietas. Ñ. itē inquiunt. donatiste. Quāq̄ deniq̄ illicita cōio alicuius recōpensatur p acquisitionē plurium: vt. ij. q. j. c. multi. Ex quibꝰ oībꝰ colligi potest q̄ ius canonicū vl ecclīasticū nō admittit q̄ sub ꝓpensatione boni malū sit faciendū id est illud qō est de genere malorū: qō alꝭ eēt malū nisi canonis aucte excusaret vt pz p ꝓtraria signata. Ad euidentiam Ño pmissiōis legis ciuilis q̄ scz vsuras exerceri pmittit sciendū ē ſm magistrū Berhar. vbi supra q̄ triplex est ꝓcessio iuris. Prima est ꝓcessio iuris remouēs punitionē ⁊ dimittēs penā: ſm quē moduz scribit beatꝰ Greg. anglo. ep̄is: vt habet di. iiij. c. deniq̄. vbi subdit. De ipa vero die dominica. s. quadragesime hesitamꝰ quid nā dicendū sit: cū oms laici ⁊ seculares illa die plus solito ⁊ ceteris diebꝰ accuratiꝰ cibos carniū appetant ⁊ nisi noua quadā auidita te vsq̄ ad medias noctes se ingurgitēt: nō aliter se hui ꝰ sancti tēporis obseruationem suscipe putāt: qō vtiq̄ non rationi ſ voluptati: imo cuidā cecitati mentis ascribēdū est: vnde nec a tali ꝓsuetudine auerti possunt: ⁊ iō cū venia suo instenio relinquēdi sunt: ne forte peiores exigant si a tali ꝓsuetudine ꝓhibeant. Et ēm ait Salomō. Qui multū emungit elicit sanguinem: hoc ibi.

Hec ꝗ indulgētia ſm Greg. in dicto. c. fuit simplex pmissio p solā indulgentiā pene nec loquit ibi de venia culpe: ⁊ hoc modo p simplicē pmissionē ꝓcedit ius ciuile contractū vsurariū: qz nō punit eū ⁊ hec videtur fuisse intentio Aug. quādo dicebat in li. de li. ar. Uideē mihi legē istā que populo regendo scribit recte ita pmittere: ⁊ diuinā ꝓuidentiā vēdicare sicut Justinianꝰ impator pmisit vsuras cētesimas ⁊ sexagesimas. De quo dic Alex. de hales. in. iij. pte: q̄ iustinianꝰ pmisit cōpatina pmissione leuissimas vsuras: qz vidit homines imperij sui esse ꝓnauos ⁊ ꝓnos ad dandum ad vsurā: ⁊ sic pmisit minꝰ malum vt euitaret maius malū: sicut etiā leges pmittūt meretrices. Ratio huiꝰ ē: qz licet iura ciuilia reperiant etiā in lege naturali fundata sicut omnia alia: tum qz ius ciuile officiū habet a lege nature dirigere. s. in cōmune bonuz ſm q̄ ꝓgruit hūane societati ciuil viuēti ſm quē modū cōe bonū hz nutriri: ꝓseruari ⁊ ꝓmoueri p legalē iusticiā ⁊ p ciuilem amicitiā: ⁊ hoc solū officium sufficit ei. Et qz in vsurario ꝓtractu sit volūtas recipientis ad vsurā ꝓditionata saltē licet nō absoluta: ex quo nō ꝓtingit p eam euidenē predictam amicitiā impediri: ideo p aliquā ꝓhibitionē ⁊ penā tali ꝓtractui definit obuiare: relinquēs eū diuino iudicio puniendū. Ex his etiā pz q̄ lex ciuilis p̄ncipaliter ⁊ p pene ꝓminationē illa vitia ꝓhibet q̄ possunt impedire domesticā ⁊ ciuilē amicitiā. Jus ergo ciuile se hz vniformit ad omnes casus vsure ſm hanc pmissionē: qz in omni casu pmittit. Jus Ño naturale diuinū ⁊ canonicū vniformit se hūt negatiue ad oms casus vsurarios: qz pari rōne sic in vno casu sic ⁊ in quolibet ꝓhiberi debet: cum de sui natura vsura sit mala. Et huius sententie ē Jo. an. in mercu. in regula: pctm̄ arti. iiij. Et ĩ hoc etiā ꝓcor. cōiter oēs doctores. Cū ēm aliqui casus a doctoribꝰ eximi videtur ab vsura: tūc nō intelligendū ē q̄ ĩ illis casibꝰ cōmittat vsura: sed q̄ in eis ꝓma facie dūtaxat aliquid simile ꝓcurrit. Cū enī vt dicit Alex. de hales in. iij. pte. Usura ō se sit quid malū: iō ipa remanēte sub rōne illiciti ⁊ mali: nullo mō cadit in ea dispensatio: vt clare pz extra de vsu. c. sup eo. vbi subdit Alex. papa. iij. Cum vsuraꝝ crimē vtriusq̄ testamēti pagina detestet: super ꝗ dispēsationē aliquā posse fieri nō videmꝰ: qz cū scriptura sacra ꝓhibeat ꝓ alteriꝰ vi/

ta mĕtiri: merito plus ꝓhibendus ē q̃s nē etiã ꝑ redimenda vita captiui vsuraꝝ crimine inuoluat. Ex quib⁹ verbis colligit primo q̃ nō est aliqua dispēsatio posita in vsura. Secūdo q̃ nec ꝑ sustētatiōe vidua rū pupillorꝝ vl quorūcūq̃ aliorꝝ aliquo modo licitū sit dare mutuū ad vsurã: sic quidant falsissime fabulant: ar. j. q. j. c. nō est putãda. xxxij. q. viij. c. vnico: pĕrtim cum ꝑ nō liceat ꝑ redemptiōe captiui. Et si q̃s dicat q̃ etiã ecclia pmittit. i. nō punit vsurã scz occultã ⁊ palliatã. Dicēdũ q̃ hoc verũ est in foro ꝓtentioso: eo q̃ nō pōt omia corrigere: punit tñ in foro ꝓscientioso: ⁊ ꝑhibens detestat in multis locis ⁊ vsuram manifestã acriter punit vt postea videbit. Insup licet ius ciuile relinquit vsurarium ꝓtractũ ꝓhibendũ ac puniendũ iuri diuino ⁊ canonico: q̃bus magis incũbere videtur: ĩplicite tamẽ etiã ꝓhibet vbi dicit: q̃ sacre leges nō dedignãt imitari sacros canones: ispãliter in matrimonijs ⁊ vsur: vt in auc. vt clerici apud ꝓprios ēpos: col. vj ij. q. iij. §. hinc colligit. Et hec patent extra de noui ope. nun. c. intellexim⁹: in glo. Sz ꝑm canones nō pñt exigi: q̃ nec ꝑm leges. Dicit impator se amplecti quattuor cõcilia vniuersalia adeo vt ꝑ ea suis legibus derogat: ⁊ sic mãdauit seruari ea q̃ in Riceno ꝓcilio ꝓhibita sũt: qõ est vnũ de illis quatuor. In quo ꝓcilio ꝓhibita est etiã vsura: vt plane pz di. xlvij. c. qm̃: ⁊ sic in hac pte leges oẽs abrogate sunt. Secũda ꝛo ē concessio addẽs ꝓhibitionẽ: que idẽ ē q̃ permissio tollens impedimentũ: ꝑm quẽ modum inter nos iudei habitãtes in sui rit⁹ obseruãtia pmittunt: ita q̃ liberã habeãt licentiã obseruãdi ritus eorꝝ ⁊ festa: vt plane pz. xlv. di. c. qui sincera: vbi ꝓhibet eos in talib⁹ impedire. Sed hãc ꝓcessionẽ ius ciuile nō indulget vsurario ꝓtractui: quia nõ tollit impedimẽta ꝓtra ꝓtractũ vsurariũ q̃ facit ius canonicũ vl statuta ciuitatũ aut dñorꝝ ꝓtra eundẽ turpẽ ꝓtractũ. Tertia denicq̃ ē ꝓcessio ꝑstans fauorẽ ⁊ subuentionẽ atq̃ iuuamẽ ꝑm quẽ modũ ecclia pmittit clericũ a seculari ptãte qlibet occidi. Que ꝓcessio se hz per additionẽ ad scõaz: quẽadmodũ secunda ad primã. Nã in ista ꝓcessione nõ tñ subtrahit cõminatio pene sic in prima: nec tñ tollit impedimẽtũ per qõ occisio clerici posset ꝓpediri sic in secunda: ꝑ etiã prestat iuuamẽ: qõ non fiebat in ꝑdictis. Clerici enĩ qui morte dign⁹ est ecclesia degradat ⁊ punit: tradẽs illum ĩ manus in dicis secularis vt occidat: iuxꝝ illud j. Coꝝ. v. Ego iudicaui tradere hmõi hominẽ sathane ĩ interitũ carnis vt spũs saluus fiat. Denicq̃ licet q̃dã doctores iurĩ ciuilis dicãt: q̃ ꝑm leges vsura pmissa est: tamẽ hodie ꝑ clem. de vsur. c. ex graui. §. fi. hoc teneri ꝓhibitũ est: vbi habet q̃ tenẽs hanc opinionẽ q̃ ad vsurã dare nõ sit peccatuz tanq̃ hereticus iudicari ⁊ puniri debet: ꝑm Antho. de butrio super rubrica de vsur. in fi. Ad laudem dei omnipotẽtis.

De malis tpalibus ⁊ vsura prouenientibus ⁊ etiã corporalibus. Cur etiã ius ciuile nõ punit sz ius canonicũ acriter punit: Ser. XLI.

On furtum facies

n Exo. xx. Aliqo vtcũq̃ q̃ nulle leges nulla iura velint admittere pestẽ hanc pessimã vsurarie prauitatis. Jam ꝑsequẽda est huius detestationis rõ que citius agnoscit dum infinita mala que exinde sequũtur subtili⁹ inuestigent. Quorꝝ numerositas ad maiorem euidentiã ad tria genera malorꝝ ē reducenda: que scz in populis ex vsuraria prauitate cõsueuerũt supuenire: maxime si publica sit: q̃ sũt mala tpalia: corpalia ⁊ spũalia.

Primo nãq̃ ꝓtingunt exinde multa mala tpalia: vt plane pz ꝓmo ĩ pignorꝝ destructione: cũ multa pignora q̃ publico vsurario dant. s. vestes lanee ⁊ linee ac alia suppellectilia cõsumunt a tineis: roduntur a murib⁹: vel destruunt alijs diuersis modis. Secũdo pz in pignorꝝ prescriptiõe: qz sepe contingit q̃ ꝑ mutuo pign⁹ ponẽs in breui sperat illud redimere nec tamẽ cessat transire tempus: ꝑstolabit annus: ⁊ sic supuenientib⁹ impedimẽtis quottidianis tãdem in ꝑscriptionẽ transit: ⁊ sic ad minus ꝑcium perdit. Tertio pz in denariorũ aut substãtiarũ cõsumptione: qz vsura paulatĩ pecunias ⁊ substãtias ciuiũ aufert ⁊ ꝓgregat sibi: ⁊ ꝑ ꝓsequens quottidie ꝑ hoc augmentant numero pauperes ⁊ mendici: debilitant ecõtrario mercatores ⁊ mechanici: ⁊ per cõsequens paulatĩ deperit quotidianũ lucrũ artiũ ⁊ mercantiarũ. Quarto pz in denariorũ ac diuiciaꝝ reductione ad vnũ locũ ꝑsertim extraneũ. Nã pigno-

ra ꝑscripta plerũq̃ transmittere solent ad alias partes vbi charius vẽdant. Denicq̃ regulare est q̃ quãto diuicie ac denarij ad pauciores ⁊ paucioꝝ marsupia reducunt: tanto peioris status ciuitatis ⁊ terre iudicium est: sicut nature deficientis ⁊ in breui morituri hominis apertissimũ signũ ē: cuz calor naturalis extremitatib⁹ membrorũz derelictis ⁊ solũ ad cor ⁊ ad ipa interiora reduci videt: vnde vitium vsure plerosq̃ tanta replet insania: q̃ eos seuos ⁊ impios reddit nõ solũ ad alienos sed etiã ad proximos consanguineos etiã fratres quos videns habere domũ vel aliam rem gratam in dolo subuenit mutuo: rẽ concupitã pro pignore recipiens: excrescẽteq̃ fenore videt fratrẽ nõ posse pignus redimere: iuridice rem ipaz inuadit ⁊ fratrẽ fraudulẽter spoliat. Tanta est etiaz auiditas hui⁹ vitij q̃ gloriatur vsurari⁹ se spoliasse ⁊ excoriasse pauperes ⁊ mendicos. Ad quẽ Dauid ait per increpationẽ. Quid gloriaris in malicia: id est in pecunia male acquisita: q̃ potens es iniqtate. i. in vsuraria prauitate tota die id est incessanter iniusticiã ē iniustũ contractũ ⁊ lucrum cogitauit lingua tua id ē cogitatiões expressit formãdo verba iuxta cupidinez cordis: sicut nouacula acuta fecisti scz opere dolũ. Tria nãq̃ considerant in nouacula. Primo occultat acem in se: sic vsurarius occultat ĩ corde suo malaz intentionẽ. Secundo priusq̃ radat acuit super lapidẽ oleo vnctũ: sic adulatõ malicioso precedit vsurarium contractum. Tertio cũ ea abradunt pili: id est paulatĩ auferunt bona temporalia quasi insensibiliter: ⁊ ideo vsurari⁹ fur dicit artificiosus ĩmo latro perniciosus. In cui⁹ argumẽtuz dicitur Matth. xxj. q̃ iesus intrauit ĩ templũ dei ⁊ eiecit omnes ementes ⁊ vẽdẽtes in templo ⁊ mensas nũmularioꝝ subuertit ⁊ cathedras vendentũ colũbas ⁊ dixit eis: Scriptũ est scz Esaie. lvj. Domus mea domus orationis vocabitur: vos autẽ fecistis illam speluncã latronũ. Spelunca vero latronũ dicitur esse locus vbi aggregãtur spolia que rapiunt. Ecce quia domin⁹ nũmularios vocat latrones: qui ꝑ munusculis fructuũ ⁊ cõsimilũ pecuniã mutuo dabant vt offerent in templo. Mirirũ cuz aliquo modo furib⁹ ⁊ raptoribus deteriores sint: ⁊ hoc quadruplici ratiõe. Primo ratione familiaritatis: peior enĩ ⁊ detestabilior est fur ⁊ latro domesticus q̃ alien⁹. Hinc domin⁹ ad iudam. Si inimic⁹ meus maledixisset mihi sustinuissem ⁊c. Nulla ē enim ad nocendũ efficacior pestis q̃ familiaris inimic⁹. Secũdo rõne assiduitatis: eo q̃ vsurarius semp die noctuq̃ boies expoliat: in pascha: in parasceue sancta: ĩ missarũ solennijs: ⁊ nunq̃ ab hac preda repit otiosus. Tertio rõne sagacitatis: qz cũ maiori malicia rẽ alienã vsurpat q̃ fur vel rapto: eo q̃ compellit voluntatẽ eius q̃ mutuum recipit ad consentiendũ in talẽ rapinam: ac per hoc simulat nullã iniusticiam inferre proximo suo. Quarto rõne securitatis: quia rem alienã vsurpat sine timore vsurpationis ⁊ eã detinet sine timore repetitiõis: etiã si public⁹ vsurari⁹ fuerit. Fur antẽ ⁊ latro hoc sine timore facere nõ possunt. Hic incidẽtaliter queri pōt: cũ vsurarius sit fur ⁊ latro vt dictũ est: cur iudex secularĩ patiat eos viuere: nõ autẽ fures ⁊ latrones: cũ enim vsurarij publici manifeste sint mali ⁊ iniusti videt iudex facere cõtra ꝑceptũ illũ. Exo. xxij. Maleficos ne patiaris viuere. Ecõtra vero iudex ecclĩasticus se plus intromittit de pena vsurariorꝝ q̃ aliorꝝ furũ. Ad hoc respõdet Alexã. de hales in. iij. parte in expositione euangeliorꝝ preceptorꝝ: q̃ iudex secularis rempublicã gerit quãtuz ad temporalia: ⁊ iõ q̃uis vsurari⁹ sit fur: tamen qz fur ē domestic⁹ ⁊ nõ furat ꝑ violẽtiã: ac etiã qz ex illi⁹ furto ꝓuenit aliqua vtilitas reipublice q̃tũ ad tpalia: ꝓpter ꝗ vsurarios pmittit viuere cũ tñ alios fures puniat. Ecclĩastic⁹ aũt iudex se plus intromittit de penis vsuriorꝝ: qz subtili⁹ respicit ⁊ ꝑsequit eos ꝓpter dãnuz spũale qõ accidit ĩ vsura. Et qz vsurarij de inhonoratõe ⁊ ꝓtẽptu dei sibi fecerũt officiũ ⁊ modũ viuẽdi. Ali intũ hãc pestẽ detestatur ecclia. q̃ etiã prohibet ꝑ mutuo q̃cũq̃ ꝛo palliato vl interp̃tato: in q̃ dũtaxat vsura ꝓtigere pt dare vilissima munuscula fructũ vl escaꝝ aut etiã qõcũq̃ cõmodũ: lz videat minimũ ꝓhibet vltra sortẽ deducere ĩ pactũ: reputas illõ tãq̃ detestabile furtũ ⁊ iudicãs de necẽtate salutis oĩno restituẽdũ: vt sic penit⁹ elidat caput. i. initiũ hui⁹ lamee. Alioq̃n sic iquiet⁹ cãcer q̃libet tpe die hora ⁊ puncto fen⁹ vsurarij sbam pauperꝝ rodit: ⁊ qõ mirabili⁹ ē cũcta illi⁹ bona dẽtes hr̃e videt. Nã nũmi illi⁹ dẽtes hãt: silr frumẽta: vinũ: oleũ ⁊ silia: qz ꝑ mutuũ comedũt aliorꝝ egenorꝝ domos vineas vestes segetes arua: ⁊ cũcta illorꝝ bõa ꝓsumũt

ps. 54.

ps. 51.

imo qd̄ crudeli⁹ ē: ꝛmedunt eo⁹ carnes ⁊ ossa bibūt ⁊ sāguinē eorū: vt ī ꝑsona taliū merito dicat Job eiusdem.iij. Qui me comedūt nō dormiūt ⁊ p̄ multitudine eorum ꝛsumit̄ vestimentū meum. Hic queri potest: vt⁹ ergo nō liceret alicui mutuāti deducere ī pactū cū eo cui mutuat: q̄ scz alio tēpore ꝛsimilē sibi mutuationē faciat: presertim cū equū esse videat: vt seruitiū pro seruitio ⁊ grām p gratia reddat: vt extra ō resta.c.cum in officijs. Et in glo. ff.de pet. here.sed ⁊ si.§.ꝛsuluit. Et per ꝛsequēs licitum videt̄ q̄ hoc in pactū deducat̄. Ad ḡ respōdet glo.fi.in.c.si feneraueris.xiiij.q. iij.q̄ p gratia mutui impensa nō pōt iuste exigi amplior grā aut alind q̄ grā. Nam si ex debito iusticie grā exigat̄: gratia nō est grā sed potius grē venditio vel grē cōmutatio dici debet. Aū dicit Alex.de hales: ī iij.pte q̄ mutuans quidē illud sperare pōt ad qd̄ accipiens obligat̄: q: in ꝛsimili casu necessitatis tenet̄ accipiens similit̄ mutuū illi dare q̄ dedit ei: etiam si prius nō dedisset: nō tamē hoc potest ex vi mutui ſ ex charitate mutuū recipientis. Mutua nāq̄ beneficia charitatē accēdūt. Cōcedi potest igit̄ q̄ mutuās in cōsimili casu mutuū sperare valeat ab eo q̄ mutuū recepit: q: ad ḡ ali⁹ obligat̄: ſ tamē hac intēctione mutuū tradit nō est sibi meritoriū: q: nō ponit deum finē mutui: q̄ ſ in pactū deducit iā est vsurariū. Idem sentit Tho.scōa 2ᵉ:q.lxxviij.dicēs: q̄ quicūq̄ ex pacto tacito vl̄ expresso p mutuo aliquid acceperit cui⁹ preciū pecunia mensurari posset peccat cōtra iusticiā: sicut qui p mutuo pecuniam accipit vltra sortē: potest tū exigere p mutuo recōpensationē eo⁹ que pecunia nō mensurāt̄: puta beniuolentiam ⁊ amorē quasi ex debito. Sed tali debito nō cōpetit ciuil̄ obligatio p quā inducit̄ necessitas vt non spōtanea recompēsatio fiat: hec ille. Bal. aūt de perusio. C.de vsur.l.j.dicit q̄ obligatio vsurar⁹ ideo ꝓhibita est: quia talis obligatio aut dicim⁹ q̄ ꝗbitur re aut ꝛsensu. Si dicim⁹ q̄ ꝗtrahit̄ re: hoc ē falsu.ff. f cer.pe.l.rogasti.§.si tibi. Si vero dicim⁹ q̄ ꝗtrahit̄ ꝛsensu: ḡ ē iniustū: q: oīs obligatio relatiua requirit extremū eq̄pollēs. Qd̄ sic ꝓbat̄: debitor qui ꝓmisit vsuras ḡ dominū vsus: q: vsura nō ꝛsistit nisi ī reb⁹ mutuabilib⁹ in quib⁹ vsus rei nō distinguit̄ a dominio rei: ⁊ sic indebite fit. Et si dicat̄ q̄ nō p̄stat eā p re ſ p bēficio. Ridet̄ q̄ remuneratio beneficij huius n iure naturali nō ē taxata nec ab aliqua ratione intellecta: quapropt̄ deducere volūtatē ad necessitatē ⁊ obligationē informē: nō ē fm metas iusticie naturalis. Et ideo apud Aristotelē vsure dicunt̄ oīne natural iter ꝓhibitū lucr⁹. Et iterꝯ dicit pb⁹.j.polit̄. q̄ vsuraria acq̄sitio pecuniar⁹ ē maxīe p̄ter naturā. Cōcor. Host.cū p̄dictis. Addit etiam Tho. q̄ hō sperare pōt ex mutuo rē cui⁹ vsus sine p̄cio int̄ amicos ꝛcedi solet. Scōo p̄ncipalr ꝛtingūt ex vsura multa mala corpalia: q̄ figuratiue distinguūt̄ ī.iiij.genera malor⁹. Apocal.vj.vbi Johānes ī aptiōe q̄rti sigilli vidit. Et ecce equ⁹ pallid⁹ ⁊ q̄ sedebat sup eū nomē illi mors: ⁊ infern⁹ seq̄bat̄ eu: ⁊ data ē illi ptās sup q̄ttuor ptes terre interficere gladio ⁊ fame ⁊ peste ⁊ bestijs t̄re. Equ⁹ pallid⁹ ē auarus vsurari⁹: sedēs desup ē diabol⁹ auaricie ⁊ vsurar⁹ que a dño māmona vocāt̄ in euangelio ⁊ nomen illi mors: qm̄ illius invidia mors introiuit in orbē t̄rar⁹ ⁊ infern⁹. ⁊ c. Ad cui⁹ euidentiā sciendū q̄ auar⁹ vsurarius recte per equū pallidum designat̄ p pter quattuor. Primo ꝓpter transformationē illius. Ex quo enī amor naturā habet transformandi amantē in amatū: quis dubitet vsurariū ī pallorē auri cordialit̄ trās formatu.p̄s.lxvij. Et posterior eius id ē sensuales effectus in pallore auri. Tanta nanq̄ cupidine ducitur q̄ semp aurū sitit esurit: cogitat: ruminat ⁊ somniat: q̄re merito auaricia vocatur ab apl'o idolor⁹ seruitus. Unde Eccē.v. Auarus nō implebitur pecunia. Et Bern. Nō plus satiabitur cor hoīs auro q̄ corpus aura. Hinc q̄dam ait. Crescit amor nūmi quātu⁹ pecunia crescit. Cui⁹ rō est: q: potus pecunie nō ponitur ibi vbi cōsistit sitis auari: sicūt vinū in dolio nō sedat sitim corpis: sic nec aur⁹ in archa sedare potest sitim mentis. Scōo propter nimiā sollicitudinē quā amplectitur in ꝛgregando ꝓpter insatiabilem eius cupidinē: que nimir⁹ sollicitudo nō finit eum quiescere nec vigilando nec dormiendo: ⁊ sic in se marcescit. Eccē.iiij. Unum est ⁊ secundū nō habet filiū: non fratrē: ⁊ tū laborare nō cessat: nec satiant̄ oculi ei⁹ diuitijs nec recogitat dicens: Cui laboro ⁊ fraudo aīam meā bonis. Tertio ꝓpter nimiū timorē ⁊ angustiā in ꝛseruādo. Timor enī facit exterior mēbra pallida reducēs sanguinē ad interior: nā tāta qm̄q̄ misera tenacitate

ꝛstringit̄: q̄ dū q̄d de sua substātia expendit̄ q̄si oculū pdidisse videat̄. Insup oēs domesticos vicinos ac supueniētes fures suspicat̄ ⁊ raptores: nulli cōfidit: nulli fauet. Et ideo dr Prouer.xv. Cōturbat domū suā q̄ sectat̄ auariciā. Quarto ꝓt̄ nimiā tristiciā ⁊ merorē ī amittendo: q̄ tristicia lima ē totius nature: quia spūs tristis exiccat ossa. Eccē.v. Est ⁊ alia infirmitas pessima quā vidi sub sole: diuitie ꝛseruate ī malū dñi sui: peūt enī ī afflictiōe pessima. Sup hūc igit̄ equum sedet diabol⁹ tanq̄ iniquus possessor q̄si freno misericordiae auar⁹ ad volitū circūferēs: ac p eū tanq̄ p impiū instrumētū pmissione diuina q̄ttuor in terra plagas exercēs: q: data ē illi ptās iterficiendi: primo gladio: q: cupiditas est venenū charitatis: nam ex actib⁹ virtuosis generat̄ habit⁹ bon⁹ et iā generat⁹ ex his dilatat̄. Sic fm Alex.de hales: mutua beneficia charitatē accēdūt: ⁊ ideo p ea fraterne dilectiōis habit⁹ vel generat̄ ſ aberat: vl̄ ſ aderat dilatat̄. Ecōtra vio act⁹ dādi mutuū ex spe lucri generat habitū cupiditat̄ ac generatū adauget ⁊ dilatat: ita q̄ tādē aīam trahit in quādā voraginē insatiabilis appetit⁹. Deficiēte igit̄ charitate ac invalescēte cupiditate generant̄ odia: ptialites: guerre: rixe: ire: invidie: homicidia ⁊c. vt docet multiplex experientia. Secundo data est illi ptās interficiēdi fame. id ē defectu eor⁹ que natura redrit. Nā vsurari⁹ in hac pte reputat̄ homicida: q: pauperi aufert necessaria. s. cibū potū vestimētū lectū ⁊ cetera mobilia: insup domū agrū ⁊ p ꝛsequens totū victum ⁊ sic aufert illi vitā: q: dicit̄ Eccī.xxxiij. Panis egentium vita pauper ē: ⁊ q̄ defraudat illum hō sanguinis ē: qui aufert in sudore panē q̄si qui occidit primū suū. Si q̄ dñs in iudicio cōdēnaturus est eos q̄ primo suo nō subuenerūt: q̄d putas dictur⁹ ē vsurarijs q̄ tāta auiditate a pauprib⁹ rapuerūt. s. vestimētū de nudis panē de famelicis ⁊c. q̄ ex penuria faciūt infirmari: sanos incarcerāt ⁊ excruciant liberos: fures latrones meretrices: lenones ⁊ ꝛsiles maleficos faciūt: ac tanq̄ lupi rapaces de bonis imo de carnibus miseror⁹ satiare se satagūt. Profecto ꝗ tales vniuersi mūdi machina vindictaz acclamabit ⁊ ꝛdēnabit: qm̄ oīs rer⁹ natura subuenit hoīs indigētie gratis et quātū ī se ē cōmunicat illi dona sua: sol: luna: stelle celi elementa ⁊ oīa q̄ in eis sūt. Hinc dicit Augu. Indiciū maximū diuine bonitatis est: q̄ q̄libet res cogit̄ dare seipam ⁊ tū oīa sua beneficia nō vēdunt homini: ſz illa gratis impendunt. Non sic vsurarius neq̄: sed etiā deū suū p minimo vēderet ſ cut alter iudas. Tertio data ē illi ptās no cēdi peste ⁊ q̄ttuor bestijs terre: quia tales publici vsurarij q̄ semp viuūt in ꝛtumeliā ⁊ ꝛtēptū sui creatoris: puocant ad vindictā diuinā iusticiā: cū maxime ꝓpter pctā notoria q̄ totā inficiūt christianitatē diuerse mortalitates ⁊ plage ꝛtingere solent: sicut in lege veteri ptz in multis locis: p̄sertim in adoratiōe vituli q̄ fuit figura auari vsurarij. Itē ī Saul q̄ sue cōsulēs auaricie gabaonitas iterfecit ꝗ iusiurandū q̄si sub specie cuiusdā religionis ꝓpter qd̄ in isr̄l̄ missa fuit a dño fames trib⁹ annis: q̄usq̄ Dauid in regem sublimatus vindictā exercuisset huius sceleris. Ad laudem dei.

De tertio genere malor⁹ qd̄ pirenit ex vsuraria prauitate scz malorum spiritualiū: quibus p eos infiniti maculant̄: Sermo XLII

On furtum facies

n Exo.xx. Expediti de duob⁹ malor⁹ generib⁹ q̄ solēt euenire multiformiter ex vsuraria prauitate: p̄sertim si publica fuerit. Iam tertiū gen⁹ ꝓseq̄mur.

Maz tertio ꝛtingūt ex eo multa mala spiritualia: q: vorago q̄dā est oīm vitior⁹: ⁊ ḡ primo in seipo: secundo in proximo. Maz in seipo nutrit vitam opprobriosam ⁊ odibilem: tum ꝓpter inerciam: quia p vsuraz sibi tollit operositatē omnis debiti modi p curandi sibi licita lucra: necessitās seipm ad indebitos modos lucrādi cōtra legem dñi dicentis Heñ.iij. In sudore vul.t. vesp.tuo: tū etiā ꝓpter maliciā q̄ sequit̄ inerciā: q: vt dr Eccī.xxxiij. Multā maliciā docuit ociositas. Ad tantā itaq̄ malicia ducit̄: q̄ aīam suā ī tāta sublimitate creatam: tāto p̄cio redēptā ⁊ ad tātā gl̄iam ordinatā etiā vilissimo denario venalem habet: iuxt̄ illud Eccē.x. Auaro nihil ē scelestius: ḡ enī ⁊ ꝗaz suā venalē habet. Tum deniq̄ ꝓpter detestabilē infamiā: iuxta illud Prouer.ij. Qui relinquūt iter rectu⁹ ⁊ ambulāt p vias tenebrosas: q̄ letant̄ cū male fecerint ⁊ exultant in rebus pessimis quor⁹ vie peuerse ⁊ infames gressus eorū.

Pro quo sciendũ q̃ fm leges tales vsurarij sunt infames q̃ exercẽt improbũ fen⁹.i. qui post terminũ etiã de vsurario ꝓuentu cõputant ⁊ exigũt fenus qõ vocãt vsuras vsurax: vel etiam qui exercent vsurã cẽtesimã: ita q̃ in capitate anni vsura adeq̃tur sorti: vt ptz.iij.q.vij.c.infamis: in fi.⁊.C. quib⁹ ex causis: infa.l.improbũ. Scõm legem aũt canonicã in q̃libet vsura peccatũ mortale cõmittit et infamiã incurrit generaliter: vt ptz.vj.q.j.c.infames. Specialiter tamẽ infames sunt si publici sũt vsurarij: ita q̃ eox testamenta ipo iure sũt irrita. Et multa alia de eis ponũt li.vj.ō vsuris: de q̃bus postea videbit. Preterea vita hec opprobrijs plena generat filiam nequiorẽ se que vocat impenitẽtia. Int̃ oẽs enĩ peccatores difficili⁹ ad verã penitẽtiã reducit improbus vsurarius: ⁊ hoc ꝓpter tres rõnes. Primo quia vsurarius repit maxime indispositus ad veraciter penitẽdũ: quia semp aut ꝑdigus est aut auarus. Si ꝑdigus est non retinet vnde reddat: si auarus est non potest induci vt reddat: periculosior est enĩ cõditio nolentis q̃ nõ valentis restituere: cum illud ex malicia hoc ex impotẽtia cũ culpa mixta originem habet. Intantũ tamẽ excusat: q: ad impossile nemo tenet. Inanis ẽ enĩ actio creditoris quã excludit inopia debitor: vt extra de restit. spol. c.ij. Auarus autẽ rarissime nisi in mortis articulo satisfacere q̃rit: simillis vasculo terreo in q̃ pueri denarios ponunt: cum iam cupido nũmi incipit ill' blãdiri: de quo nisi frangat extrahi non possunt. Sic vsurari⁹ nisi ĩ articulo mortis fuerit non restituit: ⁊ qõ execrabili⁹ est raro etiam in mortis articulo debite restituit: ⁊ sic ĩ tota vita sua remanet indispositus ad penitẽdũ. Secũdo quia vsurarius ex illa indispositione ducit vlterius ad indurationem: quia cõsiderans ad statũ salutis se puenire non posse nisi restituat aliena pro suo posse: qõ tamẽ ꝑficere non queat: nisi se ⁊ suos in multa paupertate ⁊ inhonorabilitate relinquat: potius deliberat in peccato suo ꝑseuerando q̃ iniusta restituẽdo se ⁊ suos exheredare: ⁊ sic ꝑseuerando in malo ꝓposito cor etus indurat ꝓtra dominũ ⁊ omne bonũ: non suscipiens inspirationes ꝑdicationes exhortationes obiurgationes vel cõminationes. Et implebit in eo illud Job. xlj. Cor ei⁹ indurabit q̃si lapis ⁊ strĩget q̃si malleatoris incus: q̃ scz quãto pl⁹ malleo ꝑcit tãto durior efficit. Tertio ex induratiõe venit a d obstinationẽ ⁊ ꝓtemptũ dei ⁊ ꝓprie emẽdatiõis: iuxt illud Prouer. xiij. Peccator cũ ĩ ꝑfundũ malox venerit ꝓtẽnit. s. resurgere ꝓpt pctã. Mira et detestãda aliq̃x vsuriox obstinatio q̃ videtur excedere quodãmodo obstinatiõez Jude. Judas enĩ ꝑmo penituit ō patrato scelere lz indebito modo: scõo pctũ suum ꝓfessus est dicẽs: peccaui tradẽs sãguinẽ iustũ: tertio ꝑcium restituit qõ ꝑ christi ꝑditiõe recepit: ⁊ tñ veniã nõ meruit: q: illã nõ q̃stuit. Quid ḡ sceleri⁹ est vsurarijs impijs ⁊ obstinat̃ q̃ nec penitẽt de vsura nisi forte q̃ numis modicũ lucrati sunt: q̃ si penitere videt nõ tñ ꝓfitet ne ad satisfactionem a ꝓfessore cogant: q̃ si ꝓfitent talem requirunt ꝓfessorẽ q̃ nõ habet ꝓscitiã nec scitiã: ne ꝑ cautionẽ debitã satisfacere cogant: ⁊ simplici ꝛbo ꝑmittũt ignaro ꝓfessori satisfacere: quã tñ ꝑmissionẽ cõmuniter nõ seruãt: ⁊ sic decipe q̃rẽtes decipiũt: q: regula iur. ē li. vj. nõ dimittit pctũ nisi restituat ablatũ. In cui⁹ argumentũ sunt ipo iure excõicati: q̃tũ ad tria. s. q̃ non debent recipi ad cõmunionẽ altaris: nec debent recipi eox oblatiões: nec etiã debent recipi ad ecclĩasticã sepulturã si ĩ hoc pctõ decesserint: vt ptz ex de vsur. q: ĩ oib⁹. Ecce q̃ detestabilis ē vita vsurariox: q̃ insup certa testimonia tenẽt eterne damnatiõis. Tota nãq̃ sacra pagina veteris ⁊ noue legis ingeminat cõtra eos sniaz dãnatiõis. Et ꝑsertim ꝑs ꝓscius secretox dei in multis locis. Mirũ cũ ⁊ ipi certa ꝑuilegia ⁊ autẽtica instrumẽta sue dãnatiõis secũ detinẽt: ita q̃ nullũ crimẽ inuenit qõ tam patẽter ⁊ apte defert lras eterne mortis sicut vsura. In q̃libet enĩ instrumẽto et ĩ q̃libet pticula librox in q̃b⁹ vsurarij ꝓtract⁹ ꝓscribunt: vsurari⁹ pticulare ꝑuilegium habet qõ illũ ad eternũ supplicium obligat: sicq̃x tot habet ꝑuilegia q̃t vsurarios ꝓtract⁹ scit: ex q̃ ptz q̃ multũ certificatus ē ō gehẽna. Scõo ꝑncipaliter vsura ē vorago et sentina oĩm vitiox in ꝑimos: q: morbus ē multũ ꝓtagiosus. Q̃ si graue ꝑiculũ reputat diu ꝓuersari cũ leprosis: incõpabiliter tñ ꝑiculosius est diu ꝓuersari cũ vsurarijs: qõ nos ꝓbpudor experientiã q̃tidiana docet. Mã vsurarij ad palliandũ artis sue scandalũ ⁊ detestabilẽ maliciã sepius inuitant nobiliores potentiores ⁊ ditiores ipius cõmunitatis vt ab eisdez honorari ⁊ in

gratia habiti nec ab alijs despiciat: vnde fit q̃ vsq̃ ad hec tẽpora tantũ exercuit vsuraria labes q̃ de ea iam nullus est rubor: nullus timor: nullus etiam grauitatis respectus inter christianos remansisse videtur. Sed vt dicit Diere. vj. A maiore vsq̃ ad minorẽ omnes auaricie student. Si miles: si baro: si diues: si ꝑpotens omnes sibi mutuo comparant vel impignorant castra villas officia ⁊ similia: ita q̃ hodie vix aliquis inuenit imunis: multo tamẽ lachrymabilius ē qõ ibidez subinfert: a ꝓpheta vsq̃ ad sacerdotẽ cuncti faciunt dolũ: id ē dolosam vsuram: dum scz multiplices cõtractus simulata calliditate frequẽtãt. Q̃z quid mirũ? cum olim vix inuenebat vsuras exercens nisi forte occulte: q̃ si de tali veridica ⁊ publica fama diuulgabat. tãto despectui extunc habebat q̃ oia bona sua bona diaboli dicebant: nemo attulit ignẽ ō domo ei⁹: nemo salutabat: ⁊ ad ei⁹ occursum multi expauescebant. Nũc ꝓbpudor bonorant: ꝓmouent: comitiua magna sociantur in plateis: copulant in ꝓiugio cũ nobilib⁹ parentelis: sepeliũt in ciimiterijs ⁊ quãdoq̃x ĩ ecclesijs: ⁊ eox cõuersatio int̃ homies q̃si vnus ex illis: ⁊ ex hoc infiniti pestis huius cõtagio maculant: imitãdo defendendo: ꝓsulendo: subueniẽdo: auxiliũ ꝑbendo adulando: alijsq̃ diuersis modis ꝑticipando. Ex quibus liquet q̃ nul⁹ est improbior fur vl' raptor q̃ vsurarius: q: multas animas deuorat: ⁊ hoĩm facultates exhaurit: vt dicit li. vj. ō vsur. c. vsuraxx voraginẽ: vnde talibus vsurarijs ꝑcipue manifest̃ se ꝑticipes aliquo modo cõstituentes: multa spũalia mala et damna incurrũt: que specialiter ad tria maloxx genera reduci possunt. Primũ gen⁹ maloruz spiritualiũ qõ incurrunt sunt mortales offensiones. Nam q̃cunq̃x sine legitima causa: id ē sine necessitate iusta recipiũt ab eis mutuũ mortaliter peccãt. Hic queri põt: vtrũ licitum sit accipe mutuũ sub vsura: ꝑsertim cum hmõi cõsentire videt efficacit̃ coopari in vsure vitio. Ad hoc respõdet sãctus Tho. scõa. 2ᵉ. q. lxxviij. q̃ ĩducere hominẽ ad peccãduz nullo modo licet: vti tñ alterius peccato ad bonũ est licitũ: q: deꝰ vtit̃ omnib⁹ peccatis ad aliqõ bonum. Ex q̃libet enĩ malo bonũ aliqõ elicit: vt dicit in encheridion. Ad cutus euidentiã sciendum fm Alex. ō hales: in. iij. ꝑte: q̃ q̃uis occidere hominẽ sit peccatũ in se: nõ tamẽ fm se: quia quandoq̃x licet: dare tamen ad vsuram ē peccatũ in se ⁊ fm se: quia nunq̃x in aliquo casu licet. Et sic dñs homicidiuz ꝓhibens: in aliq̃b⁹ tamẽ casib⁹ homicidiũ cõcessit: vsurã autẽ ꝓhibens in nullo casu eandẽ admisit. Ex quo patet: q̃ inducens alium ad exercendũ fenus in nullo casu a mortali põt excusari. Si ergo q̃s sine peccato mutuũ recipe voluerit sb vsura absq̃x mortali culpa duo sunt illi necessaria. Primo q̃ ille qui mutuũ ꝑstat non sit a recipiente inductus ad tale mutuũ prestanduz: sed q̃ mutuans a seipo paratus sit ad dandum tale mutuũ: alioquin mutuãti cooperaret ad exequenduz iniusticiam: cum tota vis contractus ex vtriusq̃x concordi cõsensu manifeste ꝓcedat. Secundo q̃ q̃ mutuum suscipit: ad hoc ob legitimam causã ꝓbam ⁊ necessariaz cogatur: quia velle q̃ primus mortaliter peccet vt ipse suam expleat affectionem inordinatam vel non necessariam prauũ ⁊ impium esse iudicatur: vno ergo istorum duorum deficiente mutuum accipiens sub vsura mortaliter peccat semp. Exemplum primi licz homo ꝓstitutus eẽt in extrema necessitate: tñ aliũ inducere ad mutuandũ sub vsura esset peccatum mortale: quinpotius liceret illi necessaria ꝑ vita ꝓseruanda violẽter rapere: q̃ ad te mutuũ alium inducere: eo q̃ lege naturе omnia sũt cõmunia in extrema necessitate. ff. de le. rho. l. ij. §. cum ĩ eadem: in textu ⁊ glo. Propterea taliter accipiens nõ peccaret qui tamẽ mortaliter peccaret aliũ ad tale mutuuz inducens. Ideo tenet homo velle poti⁹ in edia mori q̃ animã ꝑimi sic velle interimere. Exemplum etiaz q̃ mutuum accipit vt ludat vel inutiliter expendat in non necessarijs: aut vt emat aliqua non necessaria: semp mortalit̃ peccat. Tertiũ q̃z addendũ ē q̃ scilz in necessitate mutuũ accipiens sub vsura mutuanti non ꝓsentiat in peccatũ vsure voluntari⁹. ⁊ inuitus eo vtat̃ ad necessitatez: nec ei placeat vsuraxx exactio sed tñ mutuatio que bona est. Dis ergo trib⁹ ꝓcurrẽtib⁹ licituz est recipe mutuũ sub vsura: q: tũc licz ꝓtract⁹ talis mutui fiat ex vtriusq̃x ꝓsensu: non tñ ex consensu mutuũ recipientis inquãtum est vitiosus: nisi tñ ꝑ accidẽs: vt dicit Augus. q̃ aliud ē bene vti malo ⁊ aliud male vti bono. Bñ vti malo nõ ē pctũ ⁊ bonuz: cũ ⁊ etiam deus agat dum ꝑmittit cõmitti mala: ⁊ inde elicit iusticie bonuz sed male

vti bono pctm est: sic bene vti vsurarij malo bonũ est. Vtiq; aũt homo illo bene dum p̃ sua necessitate mutuũ q̃rit: ⁊ abscq; vsura habere nõ põt: nõ illꝰ vitio delectatꝰ sz solũ necessitate coactus: p̃ quãta tm̃ necessitate licitũ sit non facile diffiniri põt: sed recurrẽdũ ẽ ad iudiciũ p̃bi ⁊ experti viri. Non enĩ necesse ẽ expectare extremam necessitatẽ sed etiã põt quis vitare notabile dãnũ scandalũ discidiũ turbatiõez ⁊ sl̃ia. Qz aũt hoc licituz sit p̃bari põt exemplis p̃ simile. Dicit enĩ Augu. in epl̃a ad plebicolam querẽti: vtrũ licitũ sit vti iuramẽto illius q̃ falsos deos iurat: in q̃ manifeste peccat eis diuinã reuerentiã adhibens q̃ aliud ẽ inducere idolatrũ nõ solũ vt iuret sed etiam vt p̃ idola iuret: atq; aliud ẽ recipere iuramentũ p̃ idola factũ ab idolatro: nolente aliter iurare aut aliud iuramentũ firmum non reputare: primũ quidem illicitum est: scõm autẽ licet: quia homo tunc vtitur malo bene: p̃pterea iudex hominẽ cõpellere põt vt iuret p̃ falsos deos: vel iudeum vt iuret p̃ suam legem vl̃ fidem õ veritate dicẽda: si non põt aliter credito: rebabere suam pecuniã: quia tũc vtitur malo bene. Concor. Rich. in. iiij. ⁊ etiã Tho. vbi supra: q̃ addit exemplũ de eo qui incidit in latrones cui licet eis manifestare et dare bona que habet vt mortem euadat: q̃ tamẽ bona latrones diripiendo deũ offendũt ⁊ primum sicut fecerũt decẽ viri dicẽtes ad ismahel: noli occidere nos qz thesaurũ habemus ĩ agro vt dicit̃ Hiere. xlj. Secũdo peccant mortaliter recipiẽtes eorum oblatiões in eccl̃ia: et ad restitutionẽ obligant̃: ac ab officio interim suspẽdũt̃: vt eo. ti. c. quia in omnibꝰ: et in glo. Tertio peccãt omnes mortaliter q̃ scienter eoꝝ elemosynas recipiũt vt faciant illos ad restitutionẽ impotentes: saltem de certis male ablatis nisi aliqua legitima causa excusentur vt postea videbit̃. Similiter omnes peccant grauiter q̃ p̃bent p̃siliuz auxilium fauorem vel aliq̃ quodcũq; aliud p̃ticipiũ scienter incurrunt p̃ut iam videbit̃. Secundũ aũt genus maloꝝ spiritualiũ quod incurrunt sunt ecclesiastice maledictiões: p̃ quo sciẽduz q̃ ecclesia sancta determiat esse grauiozis culpe vsuras efficaciter autẽticare q̃ vsuras accipe. Et ideo licz vsurarios mãifestos excõmunicet dũtaxat minori excõmunicatiõe: vt ptz extra de vsur̃. in plerisq; capitulis: ⁊ tactũ ẽ supra: tamẽ efficaciter autẽticãtes easdem excõmunicat maiori excõmunicatiõe: vnde in clem̃. de vsur̃. c. ex graui. ponunt̃ sex excõmunicationes maiores cõtra efficaciter autenticantes vsuras. Primo ⁊tra dominos potestates capitaneos rectores cõsules iudices cõsiliarios aut quoscũq; alios officiales qui decetero statuta facere scribere vel dictare p̃sumpserint: q̃ ab vsurarijs vsure exigi possunt. Secũdo ⁊tra eos qui ad soluendũ vsuras ipsos debitores cõpellunt. Tertio ⁊tra iudices qui iudicare p̃sũpserint q̃ vsurarijs vsure soluãtur. Quarto ⁊tra eos qui de p̃dictis directe vel indirecte operã dederint q̃ vsure solute nõ repetantur. Quinto ⁊tra eos qui statuta ĩ vsurarum fraudẽ hactenus edita: de libris cõmunitatũ infra tres mẽses nõ deleuerint cum tamẽ hoc facere possint. Sexto cõtra eos qui ipa statuta seu ⁊suetudines effectũ vsuraꝝ habẽtes obseruare quoquo modo p̃sumpserint. Ecce omnes supradicti p̃pter fauorem vni vsurario manifesto cõcessum maiori excõmunicatione sunt irretiti. Insup in detestationẽ huiꝰ criminis districte p̃cipitur li. vj. de vsur̃. c. vsuraꝝ voraginẽ. Qz nec collegium nec aliqua vniuersitas vel singularis persona cuiuscũq; sit dignitatis conditionis aut status alienigenas ⁊ alios non oriundos de terris ipsoꝝ publice pecuniam fenebrem exercentes aut exercere volẽtes ad ꝶ domos iterris suis cõducere vel conductas habere aut alꝰ habitare permittãt: sed huiusmodi vsurarios manifestos omnes infra tres mẽses de terris suis expellant: nunq̃ aliquos tales decetero admissuri: nemo illis ad fenꝰ exercendum domos locet: vel sub alio titulo q̃cunq; concedat. Qui vero contra fecerint si p̃sone fuerint ecclesiastice patriache archiepiscopi ⁊ episcopi suspensionis: minores vero p̃sone singulares excõmunicationis: si autem collegium seu alia vniuersitas interdicti sententiam ipo facto se nouerint ĩcursuros: quam si per mensem animo sustinuerint indurato: terre ipsorum q̃ diu ĩ eis idem vsurarij cõmorantur extunc ecclesiastico subiaceant interdicto. Ceterum si laici fuerint per suos ordinarios ab huiusmodi excessu omni cessante priuilegio per censuram ecclesiasticam compescãtur: hoc ibi. Vltra hec etiam precipitur ibidem. c. q̃q̃. Qz ꝶ vsurarij manifesti ĩ vltima voluntate ꝶ vsur̃. q̃s receperũt satisfieri mã-

dauerint: denegat̃ tm̃ eis eccl̃iastica sepultura: donec p̃ut facultates patiunt̃ plenarie satisfecerint vel cautionẽ idoneã de restitutione fiẽda p̃sterint: alioq̃n qui secus eos ad sepulturaz admiserint eos pene interdicti. p̃cit̃. p̃mulgate ꝶ vsurarios subiacere decreuit eccl̃ia: ac testamẽta eoꝝ aliter facta ipo iure sũt irrita. Ad laudẽ dei.

De decẽ generibꝰ hoim q̃ p̃pter participationẽ aliquã cum vsurarijs obligant̃ cum eisdẽ ad restitutionem: Sermo XLIII

On furtum facies

n Exo. xx. Aliso vtcũq; de duobus generibꝰ maloꝝ spiritualiũ q̃ ĩcurrũt vsurarijs p̃ticipantes: nũc tertium genꝰ maloꝝ q̃ incidũt p̃seqũmur. Tertiũ igit̃ genus maloꝝ q̃ incurrũt sũt grauissime obligatiões ad faciẽdũ restitutionẽ: qz satisfacere tenent̃ in solidum oẽs illas vsuras q̃s suo fauore ⁊ auxilio adepti sũt vsurarij: nisi ipi vsurarij easdẽ restituant: de q̃bꝰ ad maiorẽ euidẽtiã sigillatim videre curabimus. Primo nacq; reges p̃ncipes et dñi terraꝝ q̃bꝰ p̃cipit̃ ex̃ de vsur. c. post miserabilẽ: q̃ iudeus ad remittẽdas christianis vsuras cõpellãt: ⁊ donec eis remiserint ab vniuersis christifidelibꝰ tam ĩ mercimonijs q̃ ĩ alijs p̃ excõicatiõis sentẽtiã iubet sũmꝰ põtifex eisdẽ cõmunionez oĩmodã denegari. Tales inq̃ p̃ncipes et dñi terraꝝ si cogunt p̃ edicta vel p̃uilegia vsurarijs data debitores dare vsuras: tũc fm Rodoñ. tenẽt̃ ad restitutiõez etiã si nihil ad eos p̃uenit de bonis eoꝝ. Et q̃ pl̃ ẽ fm Hsti. si tales cũ possint nõ cõpellunt ad restituẽdũ vsuras: tenẽt̃ etiã si nihil p̃uenit ad eos. Q̃ vez ẽ p̃sertim si fuerint req̃siti: cuiꝰ rõ eẽ põt: qz sicut dictũ est ꝶ habẽt ĩ p̃ceptũ ab eccl̃ia saltẽ de iudeis: q̃ si nõ obseruãt cũ ex eoꝝ officijs eis ĩcũbat: p̃sensũ interp̃tatiũ se bñe demõstrãt: nec caret scrupulo p̃cessiõis occulte: q̃ manifesto facinori desinit obuiare: vt ꝶ: ex̃ de homic̃. c. sicut dignũ. §. iij. Hodie ꝶ q̃d deterius excogitauit ĩ curijs p̃ncipum maledicta cupiditas: vbi passim auctas fenerãdi venalis exponit̃ q̃stꝰ gra: q̃ tã q̃q̃ lupi rapaces sitiũt ⁊ absorbẽt sãguinẽ ⁊ sudorẽ pauperũ ac miserabiliũ p̃sonaꝝ. Tales tm̃ qui simpliciter p̃mittũt q̃ libere fiãt vsure in patria: nõ tm̃ auctorizando nec p̃hibẽdo: licz fm Alexã. lomb. mortaliter peccent: tm̃ nihil obligat̃ restituere si nihil p̃uenit ad eos de bonis eoꝝ: qz tũc nõ dãt causã efficiẽtẽ sz sũt causa mali p̃ accidẽs. Scõdo plati subscribẽtes ac sigillantes vsurarioꝝ cedulas fm Hsti. si tenorẽ eoꝝ nõ legerunt vel si legerũt ⁊ vsura nõ apparebat: qz forte posita fuit maior quantitas q̃ mutuata fuit: ⁊ ipe platus nõ diligẽter p̃sideraui: tũc lz fatue fecit: nõ tm̃ fm Xitatem p̃sensit nec ad restitutiõez obligat̃. Si ꝶ legit et Xitatẽ p̃cepit: tũc sigillãdo p̃sensit et causã efficacẽ dedit: ac ad restitutiõez se pstrixit fact̃ pticeps peccati ⁊ nõ cõmodi vsuraꝝ: qz tal̃ subscriptio ĩ multꝰ ad p̃batiõez inducit: vt ptz ex̃ de sen. ⁊ re iudi. c. cũ inẽ vos. Tertio domos ad exercendũ fenꝰ locãtes vel quomodocũq; p̃stãtes aut vẽdẽtes aut fm Archi. Guil. Io. an. q̃cũq; titulo assignãtes: pticipes fiũt oĩm maloꝝ q̃ ĩ ea ex fenore p̃petrãt̃. Et si fuerit vsurariꝰ impotẽs ad restituẽdũ vsuras certas acq̃sitas: tũc nõ possent recipe pensionẽ locationis domꝰ. Si ꝶ potẽs fuerit tpe ⁊tractus ad restituẽdũ: tũc tale lucꝝ isti retinere possunt rõne ꝶctus locatiõis ĩ quo trãsferẽt̃ dñiuz illiꝰ lucri. s. pẽsionis in locãtẽ: q̃ si ad fenus illas domos nõ ⁊ducũt sed ad alia: tũc ꝶ nõ ẽ p̃hibitũ. In dubio tm̃ p̃sumit̃ illã ad hoc ⁊ducere: q̃ solet vsuras exercere: vt. ff. de actiõibus: si tibi. Quarto aduocati ⁊ p̃curatores defensores hereditatũ vsurarioꝝ: aut alꝰ qualitercũq; impedientes ne restituãt vsuras eoꝝ patrocinio ⁊ fauore: aut ad req̃rẽdũ aut defendẽdum vsuras cum effectu laborant ad restitutionẽ obligant̃ cum ad hoc dent opam efficacẽ: hoc sentit Inno. ⁊ Hsti. extra de vsur̃. in. c. Michael: et Archidiac̃. in. c. si quis oblitus. xiij. q. iiij. Quinto notarij scribe seu tabelliones fm Geralꝶ. obdoñ. si scienter faciunt chartas vel ⁊ficiunt instrumẽta de debito vsuraꝝ ac si esset debitum legitimũ absq; vsura: sicut chartas ꝶ duplo vel triplo: tenent̃ ipi ad restituẽdũ vsuram acceptam huiꝰ occasione: si vsurarij non restituũt nisi hoc fecissent in fauorem mutuũ recipientis: huius ratio est: qz talũ instrumentũ efficaciter coopat̃ ad ꝶ q̃ talis vsura soluat̃ vsurario. Et fm Hsti. tales notarij sunt p̃iuri: quia cum creãtur iurant q̃ talia instrumenta nõ ⁊ficiẽt: ergo nec decetero possunt testificari nec ĩ-

peccata que ita cōmittunt in homīe vt eū
faciant īmundū: ⁊ in peccatis nr̄is vitare
debem⁹: ac ꝑ h̄ nec peccata dicēda sūt: qz
ideo fiunt vt īmundicia euitet: qd̄ ītelligi
dz nō q̄ nō sūt peccata simplicit: ſ q̄ non
sūt grauia. Et sicut dictū est de viro impfe
cto respectu sui: sic etiā dicenduz ē de viro
imperfecto respectu alteri⁹ imperfecti ꝕm
Bonauē. Secō vero vt ꝓseruet a corpali
lesione: ⁊ hoc mendaciū ponit Augu. esse
septimum in dicto. c. primū vbi dicit septi/
mum genus mendacij est quod ⁊ nulli ob/

est ⁊ prodest alicui: velut si nolēs hominē ad mortem q̃situm ꝓdere mentiat. Unde si queritur vtrum liceat alicui mentiri pro cōseruanda alterius vita. Respōdet Pe. q̃ non: nec etiam impfecto: licitum est enī impfecto veritatem occultare sed non falsitatem dicere fm Augu. xxij.q.ij.c. si quis ad te confugerit qui de mendacio tuo posit a morte liberari: non es mētiturus: os enī quod mentit occidit animā: cum ergo mendacio vita eterna amittit nunq̃ post cuius q̃ vita corporali mentiendū est: ⁊ ibi c. faciat homo: ⁊ c. oīne genus. Ex his ptz q̃ etiam imperfectus de queito ad mortē aut debet celare veritatem sic q̃ nō ꝓmat falsitatem: querens scz sophistice seu figuratiue deludendo vel oīno tacendo vel expresse: se non indicatur asserendo: sed non debet falsum dicere. Qz si ex eo q̃ nō mentitur iacturam accipiunt: non tamē ipe ꝓdit. Hoc autem mendacium inciderūt obstetrices Exo.j. de quibus doctores diuersimode loquūtur: nam quidaz dicunt eas in illo mendacio mortaliter peccasse ex eo q̃ pcessit earum mendaciū ex amore libidinoso vite sue: quaz magis diligebant q̃ ipam veritatem: que tamen erat eo tēpore cōfitenda quādo fuerunt interrogate a iudice: ⁊ hoc in iudicio: ⁊ ꝑ videt velle glo. Bar. bnx. in. c. si quelibet. xxij. q. ij. vbi dicit: ex hoc loco videtur q̃ iste mulieres q̃ mentite fuerant ꝓ salute alterius peccauerunt mortaliter: qz ꝓ veniali peccato nullus priuat eterna salute. Augu. tamen dicit eas venialiter peccasse: sz vt patet ī glosa Gregō. sup Exo. vnde sumptuz est illud c. iste mulieres bis fuerūt mentite: ꝓmo ꝓ mittendo Pharaoni q̃ omnes masculos interficerent: sed tūc habebant in ꝓposito q̃ non interficerent: illud peccatū fuit veniale: quia fuit ꝓ vita illoz cōseruanda: ⁊ de illo loquit Augu. postea Xo pueris reseruatis cū redarguerent a pharaone sūt mentite cum dicebant hebreorū mulieres habere scientiam obstetricādi ⁊ tūc nō fuerunt mētite ꝓ vita puerorum: quia illi iam erant seruati: sed ꝓ vita ꝓpria ne interficerent: ⁊ hoc mendaciū fuit mortale: et ꝓpt hoc dānate fuerunt: sz ille modus dicendi fm Bonauē. est calūniabilis: quia dux videtur dicere q̃ aliquis mendaciū aliquod leue dicēs ꝓ salute corpis sui mortalit pecet: dicit etiaz de eis Tho. scōa. 2ᵉ. q. cx. et Alex. in. iij. sūme: ⁊ Richar. in. iij. d quibꝰ gēra breuitatis supsedeo. Preterea si obijcitur de Abraā qui timore mortis dixit vxorem suā Sarā esse sororē suaz vt patz Heb. xx. Ad hoc rndet Augu. in q̃stionibꝰ geneseos: ⁊ ponit. xxij. q. ij. c. querit: q̃ Abraā veritatē voluit celari nō mendaciū dici: soror enī dicit: qz filia fratris erat: vñ ipe dixit Heb. xx. Vere soror mea est filia patris mei ⁊ nō mtris mee. Et Isaac Heb. xxvj. dixit de Rebecca vxore sua q̃ sororꝰ eiꝰ eēt qz fuit eiꝰ soror ⁊ vxor. Quarto mō cōmittit mendaciū officiosum ꝓ ꝓseruatiōe vel adeptione rex tpaliū nulli tñ iniuriā faciēdo: ⁊ hoc ponit Augu. esse sextū genꝰ mendacij in dicto. c. primū: qd ⁊ nulli obest et alicui ꝓdest: velut si q̃spiam pecuniaz alicuius iniuste tollēdā sciens vbi sit se nescire mētiat: glosa sup Xbo iniuste: secꝰ si iuste: vt si fieret auctē iudicis: ⁊ sic mēdaciū istud fit ad euitandū iniustū damnū si debet euadere mortalē culpā: ⁊ idem ē cū fit mendaciū ad adipiscendū iniustum lucrū vel cōmodū. Si tñ fieret ad euitādū iustū damnū vel adipiscendū iustū cōmodū vel lucrū tūc nō euaderet mortalē culpā: tunc enī fieret pniciosū sicut actū legit Actꝰ. v. in anania ⁊ saphyra vxore sua qui fraudātes de ꝑcio agri ⁊ ob hoc mendaciū dicentes mortaliter peccauerūt: vñ ad vocē Petri subita morte mulctati sunt. Hic queri pōt vtꝰ virgines dicentes se meretrices ⁊ ꝓ hoc ingrediētes monasteriū institutū solum ad recipiendū meretrices penitentes ⁊ non alias: pñt ibidez remanere. Ad hoc rndet Jo. an. in. c. j. de reli. do. li. vj. in nouella: q̃ talis receptio nō tenet nec ibi saluari pñt fraude durāte q̃ reuelata debent expelli: vt de leg. c. cū dilecti. Mā vt dicit xxxiij. q. v. in. c. notificasti: oīni homini ad monachicā vitā tendenti legaliter iuste ⁊ sancte pagendū ē: ⁊ ideo q̃cunq̃ religionē intrauerit ⁊ req̃sit vel nō req̃sit aliqd mēdacium ꝓtulerit: cuiꝰ veritati cognita fm laudabilē ordinis institutiōez a receptiōe refutādus eēt: tūc mortaliter peccat qz talia falsa negare vel affirmare mēdaciū pernicioſū est ꝓtra ꝓfectū religionis: vnde ꝓ virgines sic ingressas occupāt loca monasterij ad numerꝫ quo plures non pñt absq̃ penuria sustētari: ⁊ sic auferēt ingrediendi facultas meretricibꝰ penitere volentibus: cum ipaꝫ receptio nō teneret: vt ptz in dicto. c. j. H. j. ⁊ sic remanerent in pctō ⁊ fieret ꝗ mentē instituentis. Ad laudē dei.

Vtrū omne mēdaciū sit peccatū ac etiā mortale in viris ꝓfectis ⁊ q̃ mēdaciū iocosum q̃ttuor modis cōmittit: Sermo IX

Qu loqueris contra primū tuū falsum testimoniū

Exod. xx. Tertio loco recte videdum est de tertio genere mendaciorꝫ quod dicit mendaciū iocosum: qd etiā ab Aug. vocat merū mendaciū: vt patet. xxij. q. ij. in. c. primū. vbi subdit: q̃ quoddā mendacium fit sola intentiōe mentiēdi: fallendiq̃ libidine: qd est merū mendaciū: qz nō agrauat ꝓpter intentionē nocendi: nec minuit ꝓpter intentionē ꝓdessendi. Ad cuius euidentiā ꝓmo queri pōt: vtrū oīne mēdacium sit peccatū: ꝑsertim cum mendaciū ob hoc peccatū esse videat q̃ ꝓ ipsū homo primū suum decipiat. Dicit enim Augꝰ. in li. de mendacio: q̃ quisquis esse genus aliqd mendacij quod peccatū nō sic putauerit: decipiet seipsum turpiter: cum bonestum se deceptorem arbitret alioꝫ: sed non omne mendaciū est deceptiōis causa: quia ꝓ mendaciū iocosum nullus decipit: non enim ad hoc dicunt huiusmodi mendacia vt credant sed ꝓpter delectationē solum: que delectatio plerūq̃ necessaria videt et tristibus ⁊ infirmis: vnde ⁊ hypbolice locutiōes quādoq̃ reptunt in sacra scriptura. Ad hoc dicendum fm Tho. scōa 2ᵉ. q. cx. Qz illud qd est fm se malum ex genere nullo modo potest esse bonū ⁊ licitū: qz ad hoc q̃ aliquid sit bonū requirit q̃ omnia recte cōcurrant. Bonū enim est ex integra causa: malū aūt a singularibꝰ defectibꝰ: vt dixit Dionysiꝰ: iiij. c. de diui. no. mendaciū autē est malū ex genere: est enim actus cadens supra materiā indebitā: cū enī voces naturalit sūt signa intellectū innaturale est ⁊ indebitū q̃ aliquis significet voce id qd non habet in mente. Hinc dicit pbus in iiij. Ethic. q̃ mendaciū est ꝓ se prauū ⁊ fugiendū: verū aūt bonū ⁊ laudabile. Oīne nāq̃ mendaciū sic fm se malū est ⁊ peccatū q̃ nullo pacto: nullo fine: nulla dispēsatione humana vel diuina bene fieri potest. Et hoc Augꝰ. exp̄sse dicit in li. de mendacio. ⁊ nitit multiplicit phare: ⁊ ī hoc cōueniunt doctores: vt dicit Bonauē. ⁊ huiꝰ rō est: qz fm Asten. li. j. ti. xxxvj. Duplicit dicit aliqd esse malū: scz aut ex genere actus: vt cū actus sup materiā indebitā transit: aut ex malicia intētiōis. Potest aūt actus trāsire sup materiā duplicit. s. respectu dei ⁊ respectu ꝓximi. Si q̃ respectu dei: sic est malū in se ⁊ fm se: nec vllo mō pōt fieri bñ vt ē deū odire. Si respectu ꝓximi vt nocere ꝓximo: sic est malū in se nō tñ fm se: vñ pōt aliquo fine bñ fieri: qz pōt ibidē intētio recta supuenire. Si aūt aliquid ē malū ex malicia intentiōis: tūc siue sit respectu dei siue respectu ꝓximi simpliciter est malū: ⁊ nullo fine bñ fieri pōt: qz dicit ꝓuationē debiti finis: tale aūt est mendaciū: qz nō tñ dicit malū ex hoc q̃ transit sup materiā indebitā: sed etiā qz habet intentionis maliciā: hec ille. Ñ oīne mēdaciū est peccatū: sic etiā dicit Augꝰ. li. de mendacio. ⁊ idē dicit sup illud ps. v. Perdes oēs qui loquūt mendaciū: et ponit. xxij. q. ij. in. c. ne quis. vbi sbdit: Duo Xo sunt genera mēdaciorꝫ in quibus nō est magna culpa: sed tñ nō sunt sine culpa: cū aut iocamur aut ꝓximo cōsulendo mētimur: illud aūt ꝓmū ī iocādo iō nō est pniciosum: qz nō fallit: nouit enī ille cui dicit iocādi causa fuisse dictū. Secūdū autē ideo mitiꝰ est: qz retinet nōnullā beniuolētiā: hoc ibi. Ad argumentū q̃ rndet q̃ operatio aliqua cōsiderari pōt duplicit. Uno mō fm seipam. Alio mō ex parte opantis. Mēdaciū q̃ iocosum ex ipo genere opis rationē habet fallēdi: q̃uis ex intentiōe dicētis nō dicat ad fallendū: nec etiā fallat ex mō dicēdi: nec est sile de hypbolicis aut q̃buscūq̃ figuratiuis locutiōibꝰ q̃ reptunt ī sacra scriptura: qz sic Augꝰ. dicit li. de mēdacio: quicq̃d figuratiue fit aut dicit non est mēdaciū: oīs enī enūciatio ad id quod enūciat referenda est: oīne aūt figurate factū aut dictū hoc enūciat qd significat eis quibꝰ ad intelligendū platū est. Secūdo Xo queri pōt: vtrū oīne mēdaciū sit mortale peccatū in viris ꝓfectis: ꝑsertim dum dicat Aug. li. de mēdacio: q̃ ꝓfectorꝫ p̄ceptū est nō solū nō mentiri sed nec velle mētiri: cōtra p̄ceptū autē facere est mortale peccatū. In cuiꝰ argumentū dicit idē Aug. xxij. dist. ij. c. ne q̃s arbitret ꝓfectū ⁊ spūalē hominē ꝓ ista tpali vita sua vel alteriꝰ morte cuiꝰ nō occidit aīa debere mētiri: hoc ibi. Sed mēdaciū officiosum videt leuissimū: vtpote qd alicui ꝓdest nlli nocet. Ad hoc breuiter dicendū: q̃ circa hāc materiā sunt due opiniones. Prima dicit q̃ illa mēdac

cia que venialia sunt in impfectis: vt men/
daciũ iocosum ⁊ officiosum: sunt etiã veni
alia in pfectis magis tamẽ grauia iudicã/
tur: ⁊ dicit hic pfectus fm Ray. et Hosti.
vir claustralis siue religiosus qui ex toto
renũciauit mũdo: multomagis fm Hosti.
episcopus qui.s. pcellit in dignitate: ita p/
eminere debet alijs in religione ⁊ sanctita/
te: vel etiã vir pfectus dicit fm Hugo. Jo.
vt Hosti. refert: ille qui si decederet statim
ad patriã euolaret: ⁊ ista opinio magl pla/
cet Ray. ⁊ Tho. ⁊ qui tenẽt eam ad verba
Aug. rñdent: vt dicit Bonauen. q Aug⁹.
nõ intẽdit dicere q p̃ dicta mẽdacia sint vi
ris pfectis peccata mortalia: sed q sunt in
eis grauiora ⁊ magl indecẽtia: qz mẽtiẽdo
se ⁊ alios ad mortẽ disponũt. Et Alexã. in
iij. dicit: q cum Aug. dicit sup illud ps. v.
Perdes omnes qui loquunt mendaciũ:
scz in dicto. c. ne quis. q vir pfectus men/
tiri hõ debet p ꝓseruanda alterius vita ne
pdat animã suã: nõ intendit dicere q pfe/
ctus quocũq; mendacio mentiat mortaliẽ
peccat: sed q semp vitare scandalũ debet
ne p vita alicui⁹ seruanda discrimẽ cõmit/
tat in animã suaz: ꝓter enĩ veniale citius
veniet ad mortale. Unde cũ dicit dũ vitam
alterius seruat supple mẽdacio veniali ani
mã suam pdat: id est aliqũ pdere cõtingat
mẽdacio mortali. Et qz nescit virũ vtrum
mendaciũ ꝓueniat ex radice siue libidine:
id est amore mortali vel veniali: ideo dicit
ne forte: vnde nõ asserit ꝓter hoc q pdat
animã suã. Est aũt libido mortalis appeti/
tus animi quo bonis eternis quelibet tẽ/
poralia p̃ponunt: vt vult Aug⁹. li. de men
dacio. Libido ⁊o venialis est appetit⁹ sen
sualitatis vel rõnis quo aliq̃ tpale nimis
diligit tamẽ sub deo: hec Alexã. Et querit
vlteri⁹ nũquid omne mẽdaciũ est ꝓhibitũ ĩ
hoc p̃cepto. s. nõ loqueris ꝫ ꝓximũ tuũ fal
sum testimoniũ. Et rñdet q sic: loquẽdo ꝫ
mẽdacio q̃ ꝓuenit ex libidine mortali: nõ
autem q̃ ꝓuenit ex libidine veniali: sicut
nec ĩ aliis p̃ceptis ꝓhibet culpa venialis.
Et q̃ Aug⁹. dicit li. de mẽdacio: q. s. ĩ nllo
casu mẽtiendũ est: ꝫ intelligit: qz omne mẽ/
daciũ malũ ẽ fm se: ⁊ mẽdaciũ mortale se/
pat a ⁊itate diuina veniale disponit ad se/
patõez: ꝫ Alex. Scẽa ⁊o opinio dicit q mẽ
dacia officiosa sunt sp in pfectis mortalia.
Jocosa ⁊o sunt venialia: ⁊ ꝫ opinio magis
cõsonat verbis Aug. q̃ ponunt in dicto. c.
ne q̃s. vñ Aug. ꝓter magnũ zelũ veritatis
maxime detestat⁹ est mendaciũ: ⁊ illud sal/
tẽ a viris pfectis voluit elongare vt veri/
tas in aliquibus sedẽ solidã inueniret fm
Bonauen. ⁊ hmõi opinionis est etiã glosa
Brix. ibidẽ. q̃ dicit q triplex est gen⁹ men
dacij. s. malignitatis q̃ fit cã decipiẽdi: et
illud omnib⁹ ẽ mortale peccatũ. Jocosita/
tis vbi nemo ledit: ⁊ illud nulli ẽ mortale
peccatũ. Benignitatis siue pietatis q̃ fit
p salute alicui⁹: ⁊ de illo dicit q sit morta
le pfectis: veniale impfectis. Sed q̃re non
est mortale poti⁹ illud peccatũ q̃ fit loco
⁊ p q̃ nulli psunt q̃ istud p q̃ psunt ali/
cui. Rñ. q illud nõ fit ex aĩo: sed istud sic:
⁊ p istud intẽdit decipe: p illud non: ꝫ glo.
Hec tñ mẽdacia iocosa esse venialia in pfe/
ctis sic intelligendũ videt fm Ray. ⁊ Ho/
stien. qñ ille cui dicunt iocosa mẽdacia scit
ea dici cã iocãdi: ⁊ sic videt Aug. velle in
dicto. c. ne q̃s. vbi subdit. Illud autẽ p̃mũ
in iocando mendaciũ ideo nõ est pniciosũ:
quia nõ fallit: nouit enĩ ille cui dicit iocã/
di causa fuisse dictũ: ⁊ hec opinio videt tu
tio: licz ꝑma benignio: fm Hosti. ar. v. di.
c. ad eius. vbi subdit: bonarũ mentiũ est
ibi culpas agnoscere vbi culpa non est. Et
sup illud Roma. xiij. Omne q̃ nõ est ex fi/
de peccatũ est. dicit glo. omne q̃ fit ꝓtra cõ
sciẽtiã edificat ad gehennã: ⁊ huic opinio/
ni Bonauẽ. magis adherere videt: distin
guit tñ rõnabiliter de viris pfectis dicẽs:
q hõ non obligat specialiẽ ad aliq̃d vltra
alios: nisi rõne voti emissi vel officij cõmis/
si vel scandali ĩminentis vel ꝓscie dictan/
tis. Si q̃ viri pfecti sint obligati ad nõ mẽ/
tiendũ aliquo genere mẽdacij cum nõ sint
obligati ad hoc ex p̃cepto nec ex voto nec
ex officio cõmisso: erũt obligati ꝓter scan
dalũ ⁊ cõscie vinculũ: ⁊ ideo distinguendũ
est q quidã sunt pfecti publici: ⁊ quidã p/
fecti occulti: ꝑmis adhibet fides tanq̃ de
cõseruatorib⁹ veritatis. Et quia mendaciũ
deꝑhẽsum facit q hõ nõ credat alteri si ipi
mẽtirent nec aliquib⁹ nec ipsismet crede/
ret: ⁊ sic ⁊itati ꝑiudicaret et alijs occasio
scandali daret: ⁊ iõ tales debẽt hre cõsci/
entiã q p nulla re dicãt mẽdaciũ ꝓter vi
tandũ scandalũ ⁊ veritatis contemptũ: qñ
ergo mẽdaciũ dicũt peccãt mortaliẽ: tũ qz
cõtra cõscientiã faciũt: tum qz alios actiue
scandalizant: ⁊ hoc est verũ nisi certũ esset
q mendaciũ non detegeret: non autem sic
scandalizant de impfectis vel de perfectis
occultis: ⁊ ideo tales non sic obligant ad

omne mendaciũ euitandum: hec ille. Et
nota hic generaliter q fm Augu. in sacra
scriptura inducunt aliquo q sancto q patrũ
gesta tanq̃ exempla pfecte ⁊tutis: de qui/
bus non est existimandũ eos fuisse menti/
tos: vt cũ Abraam Genẽ. xxij. dixit ad pue/
ros se cum filio post ĩmolationem victime
reuersurũ: quia fm Alchuinũ ⁊ si filiũ in/
tendebat ĩmolare: credebat tamẽ vt dicit
Apostol⁹: q eũ domin⁹ resuscitaret: vt di/
etũ est in sermone p̃cedenti. Si qua tamen
ꝓ eorũ dictis mendacia videant: intelligi
debẽt esse dicta figuraliẽ ⁊ ꝓphetice. Qui/
dam etiã laudant in scripturis non ꝓter
pfectam virtutẽ: sed ꝓter quãdam virtu/
tis indolem: quia scz in eis apparebat ali/
quis affectus laudabilis ex quo mouebã/
tur ad aliqua indebita facienda: ⁊ sic Ju
dith laudat: nõ qz Holoferni mentita est:
sed ꝓter affectũ quẽ habuit ad salutẽ po/
puli p quo se periculis exposuit: licz etiã di
ci possit q eius verba sunt fm aliquẽ intel
lectũ mysticũ vera. Unde fm glo. ibidem
nõ dixit illa adulatorie mẽtiendo sed futu/
ra ꝓphetie p̃dicendo: verũtamen quicquid
sit ĩ veteri testamẽto plura pmittunt quo/
rũ exemplis hodie vti nõ licet. Aũ de hoc
dicit Gregori⁹ ⁊ ponit. xxij. q. ij. c. Si q̃s p
vetus testamentũ vult suum tueri menda/
ciũ: quia minus illic quibusdã fortasse no/
cuerit. Dicat necesse est rerum alienarũ ra/
ptũ: scz quẽ fecerũt filij israel: vt. xiiij. q. v.
c. dixit. dicat retributionẽ iniurie que infir
mis illic cõcessa sunt sibi nocere non posse:
glo. tunc enĩ licuit auctoritate ꝓria vlcisci
iniurias: vt. xxij. q. iiij. c. cum in lege. et. q.
v. si audieris. Sequit: que oĩa cunctis li/
quet quãta animaduersione veritas inse/
quit que nobis iam significatiõis siue vm/
bra postposita in vera carne delectat: glo/
sa insequit: cum dicit mihi vindictã ⁊ ego
retribuã: cum dixit: si quis te percusserit in
vnam maxillã prebe ei aliã. Mendaciũ
ligit iocosum vel ociosum similiẽ quattuor
modis cõmittit. Primo sola libidine men/
tiendi ⁊ fallendi: quod merũ est mendaciũ
fm Augu. xxij. q. ij. c. j. vbi ponit hoc esse
quartũ mendaciũ: aliqui tamẽ textus ha/
bent mirũ pro merũ: quasi diceret fm glo/
saz: mirũ est q ita vult aliquis mentiri vbi
nulla vertit vtilitas. De hoc autem men/
dacio q̃ fit sola mentiendi vel fallendi li/
bidine: vt cum quis delectat in astutia cõ/
ponẽdi mẽdacia. Unde dicit Asteñ. q hoc
non intelligit de libidine decipiendi: sed
de libidine falsum dicendi: quia dicit hoc
fieri mendaciũ sola libidine mentiẽdi. Nã
quia libido dicit a libendo: nihil habet ꝫ
mendaciũ neq; in se neq; in eam extra illũ
in quo est libido: scz mentientẽ: ꝓter q̃
etiam Aug⁹. vt dictũ est vocat ipsum men/
daciũ merũ: non sic est de alijs mendacijs:
quia illa causam habent extra mentientẽ:
scz nocẽdi: iuuandi: placendi vel delectã/
di. Et nota q libido dupliciter dici potest.
Uno modo stricte ⁊ ꝓprie fm q dicit Au/
gustin⁹: q libido est appetitus animi quo
aliquod temporale p̃ponit eterno bono: ⁊
sic non est radix nisi mortalium peccatorũ:
vnde quãdo mendaciũ istud ꝓcedit ex hu
iusmodi libidine: tunc semp est peccatum
mortale. Cuius libidinis expressum est si/
gnũ: quãdo quis tñ huiusmodi mẽdacio
inheret q in se sentiat illud nihilomin⁹ di/
cturũ: ꝗuis esset a deo ꝓhibitum: sicut cõ/
muniter cõtingit in histrionibus: ⁊ idẽ est
ĩmo peius esset si ex cõtemptu scz dei man/
data nihilipẽdẽs talia nõ dimiteret. Alio
modo talis libido accipitur cõmuniter vel
large: scz prout est radix non tñ mortaliũ
sed etiã venialiũ: vnde quãdoq; mẽdaciũ
hoc ꝓcedit ex huiusmodi libidine que pre/
ponit eternũ bonũ cuicũq; bono tempora/
li: tunc nõ est mortale peccatũ sed veniale:
⁊ sic accipit Augustinus hoc mendaciũ in
dicto. c. ne quis. dicit tamẽ in c. primũ. non
est mentiendũ. iiij. genere scz mendacij p/
pter mendacij libidinẽ que p seipsam viti/
osa est. De quo genere dicit Prouerb. xx.
Suauis est homini panis mẽdacij: ⁊ post/
ea implebit os eius calculo: scz ignito: nõ
tamẽ illo quem angelus forcipe tulerat de
altari purgans eo os Esaie: vt habet eius/
dem. vj. sed ignito calculo sumpto de infer
no ad comburendũ ⁊ non ad purganduz.

Secũdo ⁊o mendaciũ hoc cõmittit cu/
pidine adulandi vel delectandi: ⁊ hoc po/
nit Augustin⁹ esse quintũ genus menda/
cij dicens: Quitum scz genus fit placendi
cupiditate de suaui eloquio: glo. q̃ faciũt
adulatores ad hoc vt placeãt. Et infra: nõ
est mẽtiendũ quito genere: qz nec ipa veri/
tas placẽdi cã homib⁹ nũciãda est: quãto
minus mendaciũ quod p seipsum: qz men/
daciũ est: vtiq; turpe est: nihil enĩ tam di/
uinũ est quod nõ vergit in pniciem: si in eo
quis querit hominũ laudẽ: ar. xcij. dist. c.
cantantes. ⁊ in glo. Hic queri põt vtrum

mendaciũ in adulatione cõmissum iudicã/
dum sit mortale peccatũ: pſertim cum sup
pſ. lxix. Conuertanꝫ statim erubescẽtes.
dicit glo. ꝙ plus nocet lingua adulatoris
q̃ gladius pſecutorum. Ad hoc dicendum
ſm Tho. ſcõa 2ᵉ. q. cxv. ꝙ adulatio tripli/
citer contrariatur charitati: ⁊ p cõsequẽs iu/
dicatur esse peccatũ mortale. Uno modo ra/
tione ipſius materie puta cum quis laudat
alterius peccatũ tanq̃ bonum vel factum
strennuũ: iuxta illud pſ. ix. Quoniã lau/
datur peccator in desiderijs anime sue ꝛc. Et
hoc quia contrariatur dilectioni dei: contra
cui⁹ iusticiã loquitur: ⁊ cõtra dilectionẽ pri
mi quem in peccato fouet: et forte multis
alijs per hoc nocet: ideo tale mendaciũ est
graue. ⁊ plerũq̃ multiplex mortale pecca/
tum. De quo dicit Gregori⁹. xviij. moral. et
ponit dist. xlvj. c. sunt nõnulli. qui dũ ma/
lefacta hominũ laudibus efferunt: augent
q̃ increpare debuerãt. Hinc enĩ p ꝓphetã
Ezech. xiij. dicit: Ue q̃ cõsuunt puluillos
sub omni cubitu manus: ⁊ faciunt cernica
lia sub capite vniuerse etatis. Ad ꝗ quippe
sub cubito puluillus vel cerusical sub capi/
te iacentis ponit vt molliter quiescat: q̃s/
quis ergo male agentibus adulatur: pul/
uillum vel cerusical sub capite vel sub cubi/
to iacẽtis ponit: vt qui corripi ex culpa de/
buerat: ĩ ea fultus laudibus molliter qui/
escat: ⁊ sic vide si placet. Unde in hoc casu
mendaciũ adulatoriũ semper est peccatum
mortale. Secũdo modo contrariatur adula/
tio charitati ratione intentiõis: vt cũ quis
ad hoc adulatur alicui vt ei fraudulẽter no/
ceat corporaliter vel spiritualiter: ⁊ hoc est
graue mortale peccatũ: sicut cõmuniter fa/
ciunt qui procant mulieres: ⁊ eas suis vo/
luntatibus inclinare nituntur: vel qui ver/
bis adulatorijs ad alia pniciosa nituntur al/
licere: vel quomodocũq̃ primos nituntur
iniuste decipere: de hoc enim habet Pro/
uerbiorũ. xxvij. Meliora sunt vulnera di/
ligentis q̃ fraudulenta odientis oscula.
Tertio modo charitati cõtrariatur acciden/
taliter: sicut cum laus adulationis fit alte/
ri occasio peccandi: scz per vanam gloriã:
complacentiã ⁊ similia: quod tamẽ fit p̃ter
intentionem adulatoris: ⁊ hoc fit duobus
modis: vt tangit glo. xxv. dist. §. als. Pri/
mo cum quis in alio nimis extollit bonum
quod habet. Secũdo ꝏ cum quis p adu/
lationem alicui bonũ attribuit quod non
habet: ⁊ vtrumq̃ veniale est in se: secundũ
tamẽ graius est primo. Unde dicit ibidẽ
in textu. Que sunt autem minuta peccata
licz omnib⁹ nota sint: tamen quia longum
est vt omnia replicent: opus est vt ex eis
vel aliqua nominem⁹: ⁊ infra. Si amplius
fiunt blanditus q̃ oportet: si cuiq̃ maiori
pſone aut ex voluntate: aut ex necessitate
adulari voluerit: hoc ibi: ⁊ sic in tali casu
ponit Augustin⁹ adulationem inter pecca
ta venialia: quod sane intelligit: nisi fue/
rint occasio mortalis ruine: tunc enim ſm
Thomã considerandũ est vtrum sit occa/
sio data vel accepta ⁊ qualis ruina sequat
⁊ ſm hoc erit adulatio iudicanda culpa ve
malis vel mortalis. Postro si quis ex sola
auiditate delectandi alios: iocosa profert
mendacia: ille ſm philosophũ vocat pla/
cidus. Si ꝏ hoc facit intentione alicuius
cõmodi vel lucri consequẽdi: vel etiam ali/
cuius mali vel incõmodi euadendi: talis
vocat blanditor vel adulator: ⁊ in vtroq̃
consistit tm veniale peccatũ: nisi ex aliquo
accidenti cõtingeret esse mendaciũ pnicio/
sum: vel nisi ex assiduitate generaret dei
contemptũ: quia tũc fieret mortale pecca/
tum. Tertio proinde mendaciũ: hoc com
mittit appetitu placendi: ⁊ hoc fit p iactan
tiam. Pro quo nota ſm Thomã ſcõa 2ᵉ.
q. cxij. ⁊ Astesi. lib. ij. ti. xxviij. ꝙ iactantia
ꝓprie videt importare ꝙ homo se verbis
extollat. Illa enim que vult homo longi⁹
a se iactare in altum eleuat: tunc autẽ pro/
prie se q̃s extollit quãdo de se supra se ali/
quid dicit. Et hoc dupliciter: vel enim de
se dicit supra id quod de eo homines opi/
nant: vel etiã de se dicit supra id quod ĩ se
ſm rei veritatem: ⁊ hoc ſm magis proprie
dicitur iactantia: q̃uis vtroq̃ modo dici
possit iactantia. Unde iactantia ꝓprie sic
diffiniri potest. Iactantia est ostentatio p/
prie laudis cui veritas nõ subsistit: et hoc
nomẽ dicit arrogãtia: cum scz quis attri/
buit sibi qõ nõ habet. Potest igit iactan/
tia cõsiderari dupliciter. Uno modo ſm se
put est quoddã mendaciũ ⁊ tũc est morta/
le: q̃ quis de se iactãter ꝓfert id quod est
cõtra gloriã dei. Sicut ex pſona regis cui
dicit Ezech. xxviij. Eleuatũ est cor tuum ⁊
dixisti: deus ego sum. Uel etiã ꝓtra chari/
tatem proximi: sicut cum quis se iactando
prumpit in cõtumelias aliorum: vt habet
Luce. xviij. de phariseo dicente: Non sum
sicut ceteri hominũ: raptores: iniusti: adul
teri: velut etiam hic publican⁹. Quãdoq̃

ꝏ ſm se quidẽ est veniale peccatũ: quãdo
scz quis de se talia iactat que neq̃ sunt cõ/
tra deum neq̃ contra ꝓximũ: quia tũc nõ
est mendaciũ pniciosum ĩ se: verũtamẽ ſm
suã causam potest fieri mortale: vt si pce/
dat ex mortali supbia vel vana gloria. Si/
militer si fit ꝓpter appetitum lucri: tũc ad
deceptionẽ ⁊ damnũ ꝓximi ptinere videt:
⁊ ideo magis mortale peccatũ iudicat. Di
cit enim phus in. iiij. Ethicorũ: ꝙ turpior
est qui se iactat causa lucri q̃ qui se iactat
causa glorie vel honoris: nõ tamẽ semp est
mortale peccatũ: quia potest esse tale lucrũ
ex quo alius non damnificat. Quarto
deniq̃ mendaciũ hoc cõmittit affectu dis/
plicendi: sicut cum quis humilitatis causa
mentit ⁊ vocat ironia. Nam ironia ꝓprie
cõmittit cum quis a veritate declinans de
se minora dicit: vt cũ asserit aliquid vile de
se qõ tamẽ in se non recognoscit: aut cũ ne/
gat de se magnũ aliquid qõ in se tũ esse re/
cognoscit. Et vt dicit Astesi. vbi supra. Ja/
ctantia ⁊ ironia ratione materie siue obie/
cti circa qõ sunt: equalia peccata sũt: quia
vtrũq̃ mentit circa idẽ scz circa cõditionẽ
pſone. Sed vt in plurimũ iactantia pcedit
ex turpiori motiuo. s. appetitu lucri vel ho/
noris: ironia ꝏ ex hoc ꝙ fugit elationem
licz inordinate scz p mendaciũ. Et ſm hoc
dicit. iiij. Ethicorũ: ꝙ iactantia est peccatũ
grauius ironia: cum tamen quis de se mi/
nora fingit vt dolose decipiat: tũc grauior
est q̃ iactantia. Unde Eccli. xix. Est qui ne/
quiter se humiliat ⁊ interiora eius plena
sunt dolo. Nam ⁊ qui hũilitatis causa mẽ/
tit peccat etiam plerũq̃ mortaliter: vt pa/
tet. xxij. q. ij. c. cum humilitatis: ⁊ in glosa.
vbi dicit: ꝙ dicendo in speciali aliqõ pec/
catũ de se cui⁹ contrariũ est verũ mortalit
peccat: q̃uis ĩ generali dicere potest se esse
peccatorem. Et vt dicit compendiũ: in hoc
p̃cepto etiam includit taciturnitas verita
tis tempore necessitatis: vt. xj. q. iij. c. quis/
quis. Ad laudem dei.

De mẽdacio in hypocrisi ⁊ simu
latione ⁊ quis est cẽsendus hypo/
crita: ac vtꝫ ois sil'atio sit peccatũ
de triplici quoq̃ hypocrisi. s. in do
ctrina: iusticia ⁊ vita: Sermo X

On loqueris con/
tra ꝓximũ tuum falsum testimo/

niũ: Exod. xx. Ordine cõgruo iam viden/
dum est de falso testimonio ſm tertiã acce/
ptionem: prout accipit largissime p omni
deceptoria vel pniciosa simulatione quo/
cunq̃ modo fiat in opere vel apparatu ex/
teriori. Ad cuius euidentiã primo queri
potest: vtrũ simulatio sit idem qõ hypocri/
sis: pſertim cum simulatio cõsistat in quo/
dam factoꝫ mendacio: sed hypocrisis põt
etiã esse si quis ostendat exterius qõ agit
interius: ſm illud Matth. vj. Cum facis
elemosynam noli tuba canere ante te sicut
hypocrite faciũt. Unde hypocrisis in sola
intentione cõsistit dicẽte domino Matth.
xxiij. ꝙ omnia opa sua faciunt vt videant
ab hominib⁹. Et Gregor. xxxj. moral. dicit:
ꝙ nunq̃ quid agunt: sed quomõ de actiõe
qualibet hominib⁹ placere possunt cõside/
rant. Simulatio ꝏ non cõsistit in sola in/
tentiõe sed in exteriori operatiõe. Dicit enĩ
glosa sup illud Job. xxxvj. Simulatores ⁊
callidi puocãt iram dei: ꝙ simulator aliud
simulat ⁊ aliud agit: castitatem p̃fert ⁊ la/
sciuiam sequit: ostentat paupertatẽ ⁊ mar
supium replet. Ad hoc dicendũ ſm Tho.
ſcõa 2ᵉ. q. cxj. ꝙ ſm Isidoꝫ nomẽ hypocri
te tractũ est a specie eoꝫ qui in spectaculis
cõtecta facie incedũt: distinguentes vultũ
vario colore: vt ad pſone quã simulant co/
lorem pueniant modo in specie viri: modo
in specie femine: vt in ludis populũ fallãt.
Dicit enĩ Aug⁹. in li. de sermone domini ĩ
monte: ꝙ sicut hypocrite simulatores alia/
rũ pſonaꝫ agunt partes illius qõ nõ sunt:
Non enim qui agit ptes agamẽnonis vere
ipse est sed simulat eum: sic ⁊ in ecclesijs et
in omni vita humana: quisq̃s vult se vide/
ri qõ nõ est: hypocrita est: simulat enim se
iustũ non exhibet. Omnis igit hypocrisis
est simulatio: nõ tamẽ omnis simulatio est
hypocrisis: sed solũ illa qua quis simulat
pſonam alterius: sicut cũ peccator simulat
pſonã iusti. Nam ſm Isidoꝫ in lib. etymo/
logiarũ hypocrita greco sermone simula/
tor latine interp̃tat: qui dum intus malus
sit: bonũ se palam ostendit: Hypo enĩ fal/
sum: crisis iudiciũ interp̃tat: vñ sup illud
Matth. v. sicut faciunt hypocrite: dicẽ glo.
Hypocrita est qui simulat qõ est rep̃senta/
tor alterius pſone: hoc est vult videri bo/
nus ⁊ non est. Ad argumentũ igit est di/
cendũ: ꝙ opus exterius naturaliter signi/
ficat intentionẽ: quãdo igit quis p bona
opera que facit ad dei seruitium ptinentia

non querit placere deo sed hominib⁹: tūc simulat rectā intentionē quam non habet. Unde dicit Grego. xxxj. moraliū: q̄ hypocrite p causas dei intentioni deseruiūt secuti: quia p ipa quoq̄ se agere sancta ostēdūt non cōuersionē querūt hominū: sed auras fauorū: ⁊ ita simulant mendaciter intentionē rectā q̄ non habent: q̄uis nō simulāt aliquod opus rectū quod nō agant. Unde cum hypocrisis sit mendaciū opis: vtpote simulatio quedā illius quod non est: ideo sicut in mendacio sic etiaz in hypocrisi vel simulatiōe duo sunt: vnum quidē est sicut signū: ⁊ aliud signatū. Mala autem intentio in hypocrisi considerat sicut signatum quod non respōdet signo: exteriora ꝯo vel verba vel opera vel quecūq̄ similia considerant in omni simulatione ⁊ mendacio sicut signa. Cum igit intentio qō est signatum non correspondet verbo vel operi vel cuicūq̄ simili tanq̄ signo: tunc est ibidem simulatio. Ex dictis ḡ patet q̄ omnis hypocrisis est simulatio: sed nō omnis simulatio est hypocrisis. Secūdo queri pōt: vtrum gerens habitū sanctitatis vel religionis non tamē habens meritū pfectionis censendus sit hypocrita: p̄sertim cum illi qui tenent habitū sanctitatis ⁊ nō exequunt meritū pfectionis: simulatores censendi sint: quia exterior habitus sanctitatis opera signat pfectionis. Ad hoc dicendum ſm Asten. li. ij. ti. xxvij. q̄ talis hypocrita censeri non debeat. Cuius ratio est: quia habitus sanctitatis vel religiōis vel clericatus signat quidem statum quo quis obligat ad opera pfectionis: ⁊ ideo cum quis habitū sanctitatis assumit: intendēs ad statum pfectionis se trāsferre: si per infirmitatē deficiat: nō est simulator vel hypocrita: quia non tenet manifestare suum peccatū habitū sanctitatis deponēdo. Dicit enim Grego. xxxj. moral. Sunt nonnulli qui sanctitatis habitum tenent ⁊ pfectionis meritū exequi nō valent: hos nequaq̄ credendum est in hypocritaꝝ numerū currere: quia aliud est infirmitate peccare et aliud malicia. Si tamē habitum sanctitatis quis assumeret vt se iustum ostentaret: hypocrita ⁊ simulator esset. Et simile esse si opera bona ex genere ad seruitiū dei ptinētia faceret ad inanem gloriā vel ꝓpter questum cupiditatis. Tertio ꝯo queri pōt: vtrū omnis simulatio sit peccatū: p̄sertim cum dicit Hiero. ⁊ ponit. xxij. q. ij. c. vtilē simulationē ⁊ in tempore assumendā Jheu regis israel nos doceat exemplū: qui cum non potuisset interficere sacerdotes Baal nisi finxisz se idolū velle colere dicēs: Cōgregate mihi oēs sacerdotes Baal: Achab rex seruiuit ei in paucis ego seruiā ei in multis: vt habet. iiij. Regū. x. Et Dauid quādo mutauit faciē suam coram Abimelech ⁊ dimisit eum ⁊ abijt: vt patz. j. Regū xxj. Sic iesus finxit se longius ire: vt patz Luce vlti. Ad hoc ſm Tho. dicendū vbi supra: q̄ ad virtutē veritatis ptinet vt aliquis talem se exhibeat exterius p exteriora signa qualis est. Signa autez exterioza nō solū sunt verba sed etiā facta. Sic ergo veritati opponit q̄ aliquis p exterioza verba aliud significet q̄ q̄ apud se habet: qō ad mendaciū ptinet: sic etiā opponit veritati q̄ aliquis p aliqua signa factorum vel rerum aliquid de se significet contrariū eiꝰ qō in eo est: qō proprie simulatio dicit. Usi simulatio ꝓprie est quoddam mendaciū in exteriorū factorū lignis cōsistens: non refert autem vtrum quis mentiat verbo vel quocūq̄ facto: cum enī eadem intentio fallendi sit vtrobiq̄: equaliter vterq̄ peccat: verbū enim ⁊ factū assumunt vt instrumētum fallēdi: ⁊ sic nō refert q̄tum ad peccatum vtrū quis verbo scripto nutu vl quocunq̄ facto mentiat: sicut nec refert q̄tuz ad homicidiū vtrum quis gladio vel securi interficiat. Cum igit omne mendaciū sit peccatū vt dictum est supra: cōsequēs est q̄ omnis simulatio sit peccatū. Verūtamē vt dicit Augꝰ. in li. de questionib⁹ euangelij. Non omne qō fingimus mendaciū est: sed quādo id fingimꝰ qō nihil signat tunc est mendaciuz. Cum ergo fictio nostra referē ad aliquā significationē nō est mendaciū: sed aliqua figura veritatis. Ad maiorē autem euidentiam dicit Bonauen. in. iij. ⁊ Alexander angli. q̄ triplex est simulatio. Prima est instructiōis: ⁊ hec fuit ī christo cum fixit se longius ire: quia cōposuit motum suū quasi volentis longius ire: ad aliquid figurate significandū. s. q̄ ipe ab eoꝝ fide longius erat: vt dicit Grego. vel vt dicit Augꝰ. qz inde longius recessurus erat ascēdendo in celū: ⁊ p hospitalitatē quodā modo retinebat in terra. Uel etiam in hoc erudiuit suos ad exhibendū mēbris eius officiū hospitalitatis: quo discipuli coegerunt eū apud se manere: p quod eriā meruerunt eū cognoscere. Secūda ꝯo simulatio

est cautele que fuit in Dauid: vnde vt habet. j. Regū. xxj. ⁊ ibi magister ī historijs. Cum Dauid fugisset ad Achis regē Heth indicauerūt hoc regi dicentes: q̄ quasi rex erat in israel qui latebat apud eum: ⁊ de vicino hostem reciperet si saluum eum seruaret: et timuit Dauid p̄sertim: quia miserat Saul ad Achis vt redderet ei seruū suum fugitiuū. Cumq̄ traheret ad regem si mutauit furorem ⁊ imutauit os suum: aliena loquens sicut insanus: ⁊ collabebat inter manus eoꝝ sicut epylenticus: defluebātq̄ saliue eius in barbā: sicut in tali passione fieri solet: ⁊ impingebat in ostia porte quasi p clausam portam ingredi volens: ⁊ que furiosi erant agebat: vt fidē regi vere passionis ostēderet. Et ait rex: Nō ingrediat hic arrepticius: et dimisit Dauid et abijt: hoc ibi. Nec dicendū est Dauid ī illa simulatione peccasse: quia vt subdit in dicto. c. vtilem. Nec mirum q̄uis iustos homines tamē aliqua simulare p tempore ob suam ⁊ aliorū salutem: cum ⁊ ipse dominꝰ noster iesus christus peccatū non habens nec carnē peccati: simulationē peccatricis carnis assumpsit: vt cōdemnans in carne peccatū nos in se faceret iusticiā dei: hoc ibi. Glo. vt sic falleret diabolum. Dicit enim auctoritas: Si diabolus eum filium dei sciuisset nunq̄ eū a iudeis crucifigi passus fuisset. Multū igitur interest ex qua causa fiat simulatio. Dicit enim glo. Brix. xxvij. dist. c. qō interrogasti. sup verbo: finxit: q̄ quedam simulatio fit ex honesta causa: ⁊ quedam ex inhonesta. Ex honesta causa fit vt dicto. c. vtilē. et. xxiij. q. ij. c. Dominꝰ deus noster iubet ad Jesum naue vt cōstituat sibi retrorsū insidias. Glo. Sic ḡ p insidias ⁊ p dolū possumꝰ licite vincere hostes nostros: ⁊ hoc in iusto bello ⁊ in iusta ⁊ licita cā: vt. xliij. di. c. in mādatis. circa fi. dū tñ hosti fidem nō rumpamꝰ: vt. e. q. c. noli. Et idē dicas de aduocato q̄ si iustā hz cām licite pōt aduersariū suū decipere. Sequit ī glo. sup verbo: finxit. Silr si q̄s simulat se religionē intrare ꝓpter timorē: talis simulatio nō nocet: dūmodo ptestatio p̄cedat: vt ex de his que metus cā fiūt. c. platū. vbi plane de hoc. Simulatio aūt ex inhonesta cā semp facit monachū ⁊ semp est peccatū: nec talis admitteret si vellet ꝓbare ōrīū: vt ex de regular. c. vidua. C. de lati. lib. tollēda. l. vnica. H. sed q̄ sumus. Et nota q̄ ſm Fauētinū est fictio opis: ⁊ est fictio intentionis. Fictio intentiōis est cum quis licite accedit ad baptismū: ⁊ licz ficte accedat tamen verum baptismū accipit: vt. j. q. j. c. sicut ficti. Similiē si quis ficte fit monachꝰ ad hoc vt possit fieri abbas: nihilominꝰ est monachus: licz ficta ⁊ non syncera sit eius intentio: ⁊ idem casus est ibidem in textu. Fictio ꝯo operis dicit vbi factum fingit esse quod non fiat: vt. ff. de ritu nupt. simulare: vel cum simulat se vendere ⁊ donat. Tertia denq̄ simulatio est duplicitatis et hec est in hypocritis: que enim tenet rationem mendacij: non autē prima ⁊ secūda: et ideo est semp peccatū. Ad cuius euidentiā queri potest: vtrum hypocrisis sit semp mortale peccatū: p̄sertim cum dicit Hiero. Esa. xvj. in glo. q̄ in comparatiōe duorum malorū leuius est a parte peccare q̄ sanctitatem simulare. Et sup illud Job. ij. Sicut domino placuit. dicit glo. q̄ simulata equitas non est equitas sed duplicatū peccatū. Mirū: cum dicit Grego⁹. xxxj. moral. q̄ hypocrite ex malicia peccāt: sed hoc est grauissimū: quia ptinet ad peccatū in spiritū sanctū. Ad hoc dicendū ſm Thomā et Asten. vbi supra: q̄ in hypocrisi p̄ncipaliē sunt duo: scz defectus sanctitatis ⁊ simulatio ipīus. Si igitur ille dicit hypocrita cuius intētio fertur ad vtrūq̄: vt scz aliquis non curet sanctitatē habere sed solū sanctꝰ apparere: sicut accipi cōsueuit in sacra scriptura sic manifestū est q̄ peccatū mortale: ⁊ tales hypocrite cōmuniter fuerūt scribe ⁊ pharisei. Si aūt ille dicat hypocrita qui intēdit simulare sanctitatē a qua deficit p mortale peccatū: tūc q̄uis sit ī mortali peccato: nō tñ ipa simulatio sp est ei pctm̄ mortale ꝯ erit qñq̄ veniale. Et hoc discernēdū est ex fine. Nam si finis repugnat charitati dei vel proximi: tunc erit peccatū mortale: sicut etiam cōmuniter cōtingit in scribis ⁊ phariseis. Exempli gratia: cum quis simulat sanctitatē vt falsam seminet doctrinam vel vt indignus ecclesiasticā adipiscat dignitatē seu quecūq̄ alia bona temporalia in quibꝰ finem cōstituit: multo magis autē si ꝓpter vanam gloriā in qua finem constituit. Si ꝯo finis intentus charitati nō repugnat erit peccatū veniale: puta cū quis in ipa fictione delectat: de quo dicit phus in. iiij. Ethicoꝝ: q̄ magis videtur vana q̄ mala. Cōtingit etiā quādoq̄ q̄ aliquis simulat pfectionem sanctitatis que nō est de necessitate salutis: ⁊ talis simulatio nec est

semp peccatū mortale: nec semp cum peccato mortali. Contingit deniq; q̃ aliquis simulat sanctitatē solum ad dei honorem et ꝓximorū edificationē: ⁊ tunc non peccat sed potius merē: dūmodo fuerit in charitate vt cum aliquis religiosus maiorem religositatē ostendit coram secularibus q̃ coram suis fratribus vt magis edificent: qui a tūc ostendit opa sua coram hominib⁹ vt glorificent patrē. Et si querit: cur christus iesus in euāgelio totiens hypocrisim detestat. Respōdet Asten. ibidem: q̃ hoc fecit ꝓpter tria. Primo: quia illi pharisei ⁊ scribe quib⁹ dominus loquebat plurimi erant hypocrite pessimi: vt iā patebit. Secūdo: quia hypocrita cōtrarius est opi diuino. Ut enim dicit Aug⁹. in enchiridion: Dñs ordinat malū in bonū: hypocrita vo cōuertit bonū in malum. Tertio: quia contrarius est toti trinitati: scz patri: vsurpat enī gloriā que patri attribuit: ⁊ filio qui ē veritas ⁊ vita. Quid enim est hypocrisis nisi falsa vita vel doctrina: vel iusticia apparens bona ⁊ existens mala: que triplex falsitas veritati contrariat: et spūisancto cui bonitas attribuit: hypocrita nāq; non curat bonus esse sed bonus apparere. Concordat Alex. an. Dis igit generalit p̄missis nūc ad ꝑticularia ipius hypocrisis descendētes: ex phariseorū scribarū ⁊ iurisperitorū hypocrisi exempla sumamus. Nam christus Matth. xxiij. principaliter ⁊ in diuersis passibus euāgelistaꝝ ex effectu multiplici culpā hypocrisis eorū euidēter ostēdit. Et quia vt dictū est hypocrisis est falsa simulatio que veritati opponit: et veritas triplex distinguit. s. doctrine que consistit in quadaz manifestatiōe eorū de quibus est sciētia: ⁊ veritas iusticie que consistit ī quadā rectitudine regulata fm regulam legis diuine. s. fm quā aliquis seruat rectitudinē in iudicijs ⁊ alijs que sunt ad alterum: ⁊ veritas vite fm quā aliquid est verū. Dicit autē vera vita sicut ⁊ quelibet alia res: ex hoc q̃ attingit suā regulā ⁊ mēsurā fm legem diuinā: p cuius cōformitatem habet rectitudinē: ⁊ fm hanc recte vivit in seipo. Ideo dñs ostēdit in euangelio qualiter dicti pharisei ⁊ iurisperiti p hypocrisim veritatē hanc triplicē damnabiliter corrūpebant: ⁊ hoc ꝓpter inuidiā vanam gloriā vl auariciā. Q̃ō p̄uidens in spiritu Jobes baptista: ⁊ videns multos phariseorū ⁊ saduceoꝝ venientes ad baptismū suū vt habeat Matth. iij. nō tamē credētes fm veritatē sed fm simulationē ⁊ insidiationē vt etiaz dicit Josephus in libro antiqtatū xix. dixit ad eos: Semmina viperarū quia venenū erroris ⁊ hypocrisis a suis ꝓgenitoribus traxerūt: quis demōstrabit vobis fugere a ventura ira? quasi diceret: licz falsitas vestra lateat in ꝓspectu populi: tamē in iudicio dei latere non pōt. Hinc ait dñs Luce. xij. Attendite a fermēto phariseorū q̃ est hypocrisis: ne scz p eoꝝ hypocrisim auertamini a fidei veritate: nihil enī optū q̃ nō reuelet: qz falsitas eorum in diuino iudicio manifestabit. Primo igit damnabiliter corrūpebāt veritatē doctrine: et hoc qñq; ex liuore inuidie: vt patet Matth. xxiij. vbi dicit: Ue vobis scribe ⁊ pharisei hypocrite qui clauditis regnū celorū ante homīes: id est eternam beatitudinē: cuius ostiū christ⁹ est: clauis ostij est doctrina vel auctoritas docēdi. Dicit enī Luce. xj. Ue vobis legisperitis qui tulistis clauē sciētie p quā scz intellectus verus interi⁹ latens aperiri debet: vnō p sanā doctrinā aperit hoc ostiū: ⁊ p falsam claudit sicut ipi fecerūt scripta de christo in lege ⁊ ꝓphetis corrumpēdo. Sequit: Vos enī non intratis: qz a cognitiōe quā a christo habuerūt primo: per odiū ⁊ rancorē cōuersi sunt in errorem: ⁊ hoc ideo: quis postq̃ p̄dicare cepit cōtra eos: ꝓprijs passionib⁹ excecati sunt ⁊ obdurati in malo: ⁊ ideo oia bona que fecit christ⁹ interp̄tati sunt in malū: ⁊ hoc vocat scandalū phariseoꝝ: vt pz Matth. xv. Ubi cōfutata coꝝ subdola malicia dixerūt discipuli: magister scis: qz pharisei audito hoc verbo scādalizati sunt: qui respondit: Sinite illos ceci sunt ⁊ duces cecoꝝ. Unō intantū erāt excecati q̃ xp̄o demonia eijciente dicerent eū in beelzebub eijcire demonia: excecauit enī eos malicia eoꝝ: vt dicit Sapie. ij. Et tñ excecatos se nō crebāt. Mā eis querētibus Joh. ix. Nūquid ⁊ nos ceci sumus. Rñdit iesus: Si ceci essetis: id ē ignorātes scripturas ⁊ ꝓphetas de me: nō haberetis peccatū. s. intantū quātū nūc: fm qz dicitis: qz videm⁹: id est reputatis vos intelligere scp̄turas: petiū vrm manet: id ē aggrauat. Mimirū: nec enī ipi volebāt in eū credere: nec alios pmittebāt ad credulitatē venire: iā enī vt dr ibidē Joh. ix. cōspirauerāt: vt si q̃s eū cōfiteret xp̄m: ex synagogā fieret. Ecce q̃le fermentū facit maledict⁹ liuor inuidie. Q̃ñq; vo veritatē doctrine corrumpebant ex appetitu vane glorie. Unde Matth. xxiij. dicitur. Ue vobis scribe ⁊ pharisei hypocrite: qui circūit mare ⁊ aridā vt faciatis vnū pselitū: ⁊ cum factus fuerit facitis eū filiuz iehenne duplo q̃ vos. Proselit⁹ legis dicebatur q̃ de gētilitate ad iudaismū ꝓuertebat: q̃ p vitam malā eorū in moribus corrūpebat ⁊ in moribus deprauatus ad gentilē ritū reuertebatur: sicq; fiebat apostata a lege quā obseruare ꝓmiserat: ac p ꝓsequēs in fide pariter ⁊ in moribⁿ peccauerat. Et ꝗ faciebāt fm Chryf. sup hunc locū ꝓpter vanā gliaz vel etiā ꝓpter auaricīā. Dicit etiā Hylari⁹ q̃ maris ⁊ terre pagratiōe significat in totis orbis finibus eos esse christi euāgelio obtrectaturos ⁊ legis iugo ꝓtra iustificationē fidei aliquos subituros: quorū futurorū raritas in vno indicat: neq; enī post christi predicationē doctrine eoꝝ fides relicta est: sed quisquis acquisitus fuerit ad fidem iudeoꝝ filius fit iehenne: hec ille. Ñ̄ huius vane glorie causa diligebant p̄mos accubitos ī cenis: primas cathedras in synagogis: salutationes in foro: ⁊ vocari ab hominibus rabbi. Et hec fuit etiā vna causa cur in christū credere nolebant: sicut ait Joh. v. Quomodo vos potestis credere q̃ gloriā ab inuicē accipitis ⁊ gloriā que a solo deo est nō queritis? Alchuin⁹ ibidē dicit Ideo non possunt credere qz superba mēs eoꝝ laudari desiderat ⁊ se sup alios efferre cū econtra videbant christū pauperē ⁊ vilem cui subijci refugebant. Quandoq; deniq; veritatez doctrine ex affectu auaricie corrūpebāt. Unde ait Matth. xxiij. Ue vobis duces ceci qui dicitis: quicunq; iurauerit p templū nihil est: qui autē iurauerit ī auro tēpli debitor ē tē. Pro quo no. q̃ excupiditate auri ⁊ donoꝝ emanauit talis error ab eis: q̃ qui iurabant per templū vel altare: nec peccabāt nec erant in aliquo obligati: qui vero iurabāt p aurū tēpli vl donū altaris erant obligati ad absoluendum sacerdotibus certā quotā auri vel etiā tātū quātū valebat illud donū. Insup dicit ibidē Chryf. q̃ sacerdotes auꝝ quo ipi delectabant ⁊ dona q̃bus ipi pascebant: sanctiora dicebant esse q̃ ipm tēplū: vt homines pmptiores facerent ad offerēda dona q̃ ad p̄ces fūdēdas in tēplo. Sic ex auaricia docebāt filios parētibus debita offerre in templo: dicit enim Matth. xv. Quare trāsgredimini mādatū dei ꝓp̄ traditionē vrām? Deⁿ enī dixit: Honora patrem ⁊ matrē: ⁊ vos dicitis: q̃cunq; dixerit pri vl matri munⁿ q̃ ē ex me scz deo oblatū ⁊ cōsecratū: pderit etiā tibi magis scz q̃ si expēderes in necessitates tuas. Glo. ibidē vt sit sensus q̃ ego offero deo ⁊ mihi ⁊ tibi pderit: ⁊ ideo nō debes sumere res meas in tuos vsus sed pati vt deo offerā. Secundo corrūpebant veritatē iusticie ⁊ hoc vl ex liuore inuidie: sicut Matth. xv. Non amore iusticie sed liuore inuidie christū in suis discipulis arguebant: tanq̃ ꝓtēprore doctrine seniorū: vt sic eū redderēt odiosū populo. Quare inquiūt discipuli tui trāsgrediuntur traditiōes senioꝝ? nō enī lauāt manus cū panē manducāt. Multas enī hmōi traditiōes obseruandas statuerūt: vt zelatores iusticie viderentur: ⁊ propē hec christū in suis redarguebāt: nō moti zelo iusticie sed liuore inuidie. Sicut ⁊ Matth. xij. discipulis spicas vellētibus improperabāt christo dicētes: Ecce discipli tui faciūt q̃ non licet eis facere sabbato. Et ideo cōcludit ꝓtra eos dñs Matth. xv. dicēs: hypocrite bene ꝓphetauit vobis Esaias. xxix. licet sub alijs verbis. Populus hic labijs me honorat: quia verbis iusticiā zelare videbantur: coꝝ autē eoꝝ lōge est a me: quia liuorem inuidie per hoc fouere q̃rebāt: sic patet exp̄sse Joh. viij. cū obtulerūt mulierē in adulterio deprehēsam quasi requirētes iusticiam: cuz tamen ibidem subditur: hoc dicebant tentantes eum vt possent accusare eum. Vel etiā corrūpebāt veritatez iusticie ex appetitu vane glorie: multas nāq; traditiōes ⁊ obseruatiōes inducebāt nō faciendo sed docēdo vt sic hominib⁹ iusti ⁊ honorabiles apparerēt. Ñ̄ dicit Lu. xj. Ue vobis legisperitis q̃ oneratis homīes onerib⁹ q̃ portari nō pñt: ⁊ ipi vno digito vro nō tangitis sarcinas. Et nihilominⁿ tumebāt ꝓpria ꝓplacētia ⁊ vana gloria tanq̃ iusti: ⁊ sic aspernabant ceteros ad quos christus direxit parabolā de phariseo ⁊ publicano: q̃ ponit Lu. xviij. In talibus enī nihil est nisi quedā falsa species sāctitatis vl honestatis: q̃bus itez ait dñs Matth. xxiij. Ue vobis scribe ⁊ pharisei hypocrite q̃ similes estis sepulchris dealbatis: q̃ apparēt aforis homib⁹ speciosa: intⁿ vero plena sūt ossib⁹ mortuorum ⁊ omni spurcitia: sic ⁊ vos a foris q̃dē paretis homib⁹ iusti: intⁿ aūt pleni estⁿ hypocrisi ⁊ iniqtate. Ul' denq; corrūpebāt eā ex affectu auaricie: dicit

